॥ ऋतुसंहारः ॥

Ritusanhàra

35-429

id est

Tempestatum cyclus,

Carmen sanskritum, Kâlidâso adscriptum, edidit, latina interpretatione, germanica versione metrica atque annotationibus criticis instruxit

P. a Bohlen

Lipsiae, impensis Ottonis Wigand.
MDCCCXXXX.

Praefatio.

Nonus jam agitur annus, ex quo carmen suavissimum Ritusanhâri sive tempestatum complexus nomine inscriptum, quod hodie lectoribus benevolis trado, in scriniis meis delitescere sivi: non quidem ut critico illi praecepto stricte voluissem satisfacere, sed quod deesset qui libello typis excudendo patrocinari vellet. Equidem vero jam diu, et praesertim quum vitae mihimet ipsi quotidie imminere periculum sentirem, nihil magis curae cordique habui quam hujusce carminis editionem, qua pietatis aliquomodo debitum solvere gratumque erga amicos animum testari mihi liceret, antequam illuc iverim ὅθεν πάλιν ἀκέτι νόστος. Textum etenim opusculi duobus debeo amicis carissimis, qui olim, quum Londini ipsorum consortio fruerer, apographa, ab utroque ad sua ipsius studia comparata, liberaliter mihi tradidere: Rosenio dico et Stenzlero, quorum illum praematura morte studiis ereptum jam dudum deplorant omnes Orientalium literarum cultores et quem pio gratoque animo recordantur quotquot ejus amicitiam, benevolentiam atque animi candorem cognoverunt. Et multi sane, non solum inter viros doctos, praeclarissimi illius juvenis humanitatem atque inexhaustam benignitatem experti sunt: saepius equidem, idque vel paucis antequam fato succubuit diebus, vidi eum, corporis viribus per assidua studia jam diu fractum ac debilitatum, immensam trans-

currere urbem: mox ut egentibus cujuscunque nationis peregrinis opitularetur vel blandis saltem colloquiis solatium ferret, et modo ut epistolis fautoriis muniret alios, ut libros suppeditaret aliis, ut consiliis denique suis corroboraret omnes. Vidi eum noctes consumere in evolvendis et inter se comparandis codicibus manuscriptis, et frequenter quidem ut sponte aliis inserviret viris doctis, ac tacite, ut erat ipsius modestia et verecundia, eorum desiderio satisfaceret. Denique vidi eum in Museo Britannico in codicibus Syriacis inspiciendis et accurate describendis tam sedulo et indefesso labore versantem, ut tandem hebetata jam pridem oculorum acie penitus fere privaretur: atque omnia haec perfecit amabili semper et serena mente neque ulla unquam alia, quam ut literis consuleret, spe permotus. Mihi vero prae ceteris arctissimo amoris vinculo erat conjunctus Rosenius, cujus inter multa in me collata sincerae amicitiae testimonia id unum commoto animo commemorare liceat, quod quum ipse jam in funestae mortis limine versaretur, amico in patriam redeunti itineris comitem sese praebuit, ne aegrotanti mihi sedula deesset cura. Have anima candida! Tibi autem mi Stenzlere, quem fata diu conservent, ad ultimum fortassis Vale manum tendo; accipe interea quod magna ex parte tuum est meique sis memor! —

De auctore Ritusanhâri quod proferam, nihil habeo nisi universalem Indorum traditionem ut ita dicam literariam, qua carmen nostrum ad celeberrimum poetam Kâlidâsum refertur, neque sane poemati, si recte sentio, insunt quae huic opinioni repugnent. Sermonis enim simplicitas, obsoletis et supra modum inter se conglutinatis vocabulis quibus seriores poetae delectantur, haud fucata; imagines porro quae adumbrantur poeticae; mores qui depinguntur liberiores ac minime casti, et totius omnino carminis colores ad Sakuntalae aetatem proxime accedere videntur; praesertim vero ille, quem in Kâlidâso cognovimus, vividus ac tenerrimus sensus quo naturae pulchritudinem contemplatur et admiratur Ritusanhâri auctor. Repetuntur quidem similes saepe sententiae, id quod merito mirari et poetae, cui ceteroquin ingenii vim nullo modo defuisse tam multa docent, indignum putare possis; attamen qui attente perlegerit carmen et qui semper meminerit, tales, cum epithetis suis receptis, ineptias eroticas meras esse veluti

compages quibus lyrica Indorum poesis superstruitur, is mox videbit in ipsis apud nostrum repetitionibus quaesitam haud raro inesse elegantiam, quam in similibus serioris aevi carminibus frustra quaeramus. Id unum autem omnino tenendum est, poetam de connectendis inter se sententiis minus sollicitum, varias quasi ad libitum picturas adumbrare et singulis suis distichis insertas exhibere, ita ut nativum versiculorum ordinem, in codicibus haud raro turbatum, restituere vix possis.

Jam vero priusqnam ad apographa illa supra indigitata, quae editioni meae inservirunt, accuratius describenda aggrediar, pauca dicenda sunt de fontibus ex quibus illa ipsa derivata erant et hic quidem inprimis commemoranda est editio Calcuttensis. Apparuit haec, in octava quam dicunt forma, paginis LXII et typis Bengalicis expressa, sub auspiciis celeberrimi Guilielmi Jones, qui et ipse procul dubio textum ex quatuor codicibus manu scriptis diligenter collatis constituit, jam anno 1792 et primum omnino, id quod memoratu dignum est, opusculum fuit Sanskritum prelo subjectum. Europam vero hoc incunabulum quod vel in ipsa India jam dudum prorsus evanuit, vix vidit et ubi forte, veluti in Chambersiana codicum collectione, invenitur, codicis manuscripti instar aestimandum est. Libelli titulus, cui integram juvat subjungere praefatiunculam, hic est: The seasons: a descriptive poem by Câlidâs, in the original Sanskrit, Calcutta MDCCXCII. — Advertisement: This book is the first ever printed in Sanskrit; and it is by the press alone, that the ancient literature of India can long be preserved: a learner of that most interesting language, who had carefully perused one of the popular grammars, could hardly begin his course of study with an easier or more elegant work, than the Ritusanhâra, or Assemblage of the Seasons. Every line composed by Câlidâs is exquisitely polished, and every couplet in the following poem exhibits an Indian landscape, always beautiful, sometimes highly coloured, but never beyond nature. Four copies of it have been diligently collated, and where they differed, the clearest and most natural reading has constantly had the preference. – Codices Ritusanhâri Londini in Museo Indico (East India House) duo reservantur, quorum unus, in catalogo numero 2032 signatus et a

nobis litera A distinctus, plura continet quae Kâlidâso adscribi solent opuscula, videlicet: 1) Ritusanhâram, anno samvat 1654 (hoc est 1597) descriptum; 2) Kâvirahasyam; 3) Kumârasambhavi fragmentum; 4) Meghadûtam; 5) Srutabodham; 6) Ghatakarparam, Samvat 1651 et 7) Commentarium in Ghatakarparam, Samvat 1648. Haec omnia literis Devanagaricis, interdum satis elegantibus, sed diversis manibus exarata sunt. Codex alter, quem litera B notavimus, numerum 1499 prae se ferens et charactere Bengalico conscriptus, opuscula complectitur haec: 1) Amarusatakam; 2) Kâvyachandrikâm et 3) Ritusanhâram, anno aeris Sakâbdi 1717 (h. e 1795) absolutum, ita ut ipsa editione typis impressa junior sit illa membrana, nisi forte, ut equidem suspicor, in numeris aberratum et hunc Codicem, qui tantopere cum editione conspirat, ad hanc ipsam parandam paullo ante conscriptum esse statuere malis; quemadmodum Colebrookium aliosque in India degentes viros doctos semper fecisse novimus, qui ad textum aliquem typis evulgandum codices bonae notae sibi antea describendos curarent. Exstat denique in Bibliotheca regia Parisiensi Ritusanhâri primum tantummodo cantum continens fragmentum, numero LXXX, 171 notatum, cujus apographum idem Stenzlerus liberaliter mecum communicavit et quod nuperrime, in Lassenii Anthologia typis evulgatum, harum literarum cultoribus summopere arrisisse videtur. Dicit enim doctus in Relationibus Goettingensibus (1839 p. 671) illius libri censor: „Es würde kein kleines Verdienst sein, wenn jemand, welchem die Ausgabe oder vollständige Handschriften zu Gebote stehen, dieses von Jones und durch den Namen seines Verfassers so sehr empfohlene Werk sobald wie möglich wieder zugänglich machte."

Atque haec quae modo commemoravi omnia sunt, quod sciam, quae in Europa comparari possunt ad novam hujusce carminis editionem adornandam subsidia, quibus quomodo usus sim paucis dicendum ideoque ad copiolas meas mihi ab amicis delegatas revertendum erit. Editionis Calcuttensis apographum Rosenius ob libri raritatem in usum tantum privatum sibi adaptavit, ita tamen ut non solum ipse in legendis literis Bengalicis, praesertim in compositis, dubius saepe hae-

serit et contortam typorum formam, quam in hoc primo typographiae Indicae incunabulo non miramur, in margine adpinxerit: sed ut scriptura quoque ipsius, quoniam fugiente calamo concepta, lectu interdum sit difficillima. Selectas utriusque codicis manuscripti lectiones variantes stilo plumbeo huc illuc adjicere incepit Rosenius, neque tamen in comparando Cod. A ulterius quam ad primum, in Cod. B ad secundum usque carminis cantum processit. Eundem libellum Stenzlerus quoque, et ad futuram ut videtur editionem instruendam, transscripsit, literis quidem ut apud Rosenium latinis, sed tam luculenter et distincte expressis ut legenti dubium relinquatur nullum. Varias utriusque Codicis lectiones per totum carmen adnotavit vir doctissimus, et quanta cura ac sollertia in hac re versatus fuerit, id mihi nuperrime, codices illos deintegro exploranti, satis superque compertum est. Equidem, ne levissimis quidem scribarum erroribus neque iis sphalmatibus omissis, quae aperte ex inaccurata Bengalica scriptura originem traxerunt (ut sunt vihâra pro vihâya, kesava pro kesara cett.), lectiones hasce variantes, versus finem carminis magis magisque inter se discrepantes, in annotationibus collegi omnes; quibus inter se collatis observare licet editionem Calcuttensem quam saepissime cum Cod. B conspirare. Itaque nos textum receptum, ubi bona esset ipsius lectio et omnino si cum uno alterove codice coincideret, intactum servavimus; ita tamen ut in paucis quibusdam locis meliorem ex membranis lectionem recipere haud recusaverimus: quod quando fecimus, lectio recepta semper ex illo codice desumpta est, cujus inter variantes non fit mentio. Distichorum ordinem in codicibus interdum permutatum, quem tamen in Ritusanhâro parum momenti esse jam supra observatum est, semper, ne quid desideret lector, in notulis indicavimus ubi et paucas, quae ad carmen illustrandum necessariae viderentur, observatiunculas quam brevissime, et in rebus notioribus ad farraginem illam in Bhartriharis editione collectam referentes, absolvimus. Suavissima, quam in fine subjecimus, Elegia desumta est ex Codice No. 1981 (E. J. H.) negligenter admodum conscripto et mendis scatente. Nos errores qui metri ope sanari poterant tacite correximus. Ad interpretationem germanicam quod attinet, lusum potius facere, quam accuratam et rei Indorum metricae accommodatam versionem

tentare studuimus: quis enim in his Rückertum vellet aemulari!

Superest ut viro honestissimo Ottoni Wigand, qui vix rogatus nobili, quo in literis promovendis flagrat, ardore carminis editionem in se suscipere haud recusavit eamque quam splendidissime adornavit, publice gratias agam.

Scribebam Halis d. d. 15. Octobris 1839.

॥ ऋतुसंहारः ॥

॥ श्री श्री कृष्णाय नमः ॥

॥ अथ ग्रीष्मः ॥

प्रचण्डसूर्यः स्पृहणीयचन्द्रमाः
सदावगाढोत्तप्तवारिसंचयः।
दिनान्तरम्यो ऽभ्युपशान्तमन्मथो
निदाघकालः समुपागतः प्रिये ॥ १ ॥

निशाः शशाङ्कोत्तप्तनीलराजयः
क्वचिद्विचित्रं जलयन्त्रमन्दिरं।
मणिप्रकाराः सरसं च चन्दनं
शुचौ प्रिये यान्ति जनस्य सेव्यतां ॥ २ ॥

सुवासितं हर्म्यतलं मनोरमं
प्रियामुखोच्छ्वासविकम्पितं मधु ।
सुतन्त्रि गीतं मदनस्य दीपनं
शुचौ निशीथे ऽनुभवन्ति कामिनः ॥ ३ ॥

नितम्बबिम्बैः सुकुलमेखलैः
स्तनैः सहाराभरणैः सचन्दनैः ।
शिरोरुहैः स्नानकषायवासितैः
स्त्रियो निदाघं शमयन्ति कामिनां ॥ ४ ॥

नितान्तलाक्षारसरागलोहितैः
नितम्बिनीनां चरणैः सुनूपुरैः ।
पदे पदे हंसरुतानुकारिभिः
जनस्य चित्तं क्रियते समन्मथं ॥ ५ ॥

पयोधराश्चन्दनपङ्कचर्चितास्
तथारगौरार्पितहारशेखराः ।
नितम्बदेशाश्च सहेममेखलाः
प्रकुर्वते कस्य मनो न सोत्सुकं ॥ ६ ॥

समुद्गतस्वेदचिताङ्गसन्धयो
विमुच्य वासांसि गुरूणि साम्प्रतं।
स्तनेषु तन्वंशुकमुन्नतस्तना
निवेशयन्ते प्रमदाः सयौवनाः॥ ७॥

सचन्दनाम्बुव्यजनोद्भवानिलैः
सहारयष्टिस्तनमण्डलार्पितैः।
सवल्लकीकाकलिगीतनिःस्वनैः
प्रबुध्यते सुप्त इवाद्य मन्मथः॥ ८॥

सितेषु हर्म्येषु निशासु योषितां
सुखप्रसुप्तानि मुखानि चन्द्रमाः।
विलोक्य निर्यत्क्षणमुत्सुकश्चिरं
निशाक्षये याति क्षिपेव पाण्डुतां॥ ९॥

असह्यवातोद्धतरेणुमण्डला
प्रचण्डसूर्यातपतापिता मही।
न शक्यते द्रष्टुमपि प्रवासिभिः
प्रियावियोगानलदग्धमानसैः॥ १०॥

मृगाः प्रचण्डातपतापिता भृशं
तृषा महत्या परिशुष्कतालवः।
वनान्तरे तोयमिति प्रधाविता
निरीक्ष्य भिन्नाञ्जनसन्निभं नभः॥ ११॥

सविभ्रमैः सस्मितजिह्मवीक्षितैर्
विलासवत्यो मनसि प्रसङ्गिनां।
अनङ्गसंदीपनमाशु कुर्वते
यथा प्रदोषाः शशिचारुभूषनाः॥ १२॥

रवेर्मयूखैरभितापितो भृशं
विदह्यमानः पथि तप्तपांशुभिः।
अवाङ्मुखो जिह्मगतिः श्वसन्मुहुः
फणी मयूरस्य तले निषीदति॥ १३॥

तृषा महत्या हृतविक्रमोद्यमः
श्वसन्मुहुर्भूरिविदारिताननः।
न हन्त्यदूरेऽपि गजान्मृगाधिपो
विलोलजिह्वश्चलिताग्रकेशरः॥ १४॥

विशुष्ककण्ठाहतशीकराम्भसो
गभिस्तभिर्भानुमतो ऽभितापिताः।
प्रवृद्धतृष्णोपहता जलार्थिनो
न दन्तिनः केशरिणो ऽपि बिभ्यति ॥ १५ ॥

कृताग्निकल्पैः सवितुर्मरीचिभिः
कलापिनः क्लान्तशरीरचेतसः।
न भोगिनं घ्नन्ति समीपवर्तिनं
कलापचक्रेषु निवेशिताननं ॥ १६ ॥

सभद्रमुस्तं परिपाण्डुकर्दमं
सरः खनन्नायतपोत्रमण्डलैः।
प्रदीप्तभासा रविणा वितापितो
वराहयूथो विशतीव भूतलं ॥ १७ ॥

विवस्वता तीक्ष्णतरांशुमालिना
सपङ्कतोयात्सरसो ऽभितापितः।
उत्प्लुत्य भेकः तृषितस्य भोगिनः
फणातपत्रस्य तले निषीदति ॥ १८ ॥

रविप्रभोद्भिन्नशिरोमणिप्रभो
विलोलजिह्वाद्वयलीढमारुतः।
विषाग्निसूर्यातपतापितः फणी
न हन्ति मण्डूककुलं तृषाकुलः॥ १९॥

समुद्धृताशेषमृणालजालकं
विपन्नमीनं द्रुतभीतसारसं।
परस्परोत्पीडनसंहतैर्गजैः
कृतं सरः सान्द्रविमर्दकर्दमं॥ २०॥

सफेणलालावृतवक्त्रसंपुटं
विनिर्गतालोहितजिह्वमुन्मुखं।
तृषाकुलं निःसृतमद्रिगह्वराद्
गवेषमाणं महिषीकुलं जलं॥ २१॥

पटुतरवनदाहात्प्लुष्टशष्पप्ररोहाः
परुषपवनवेगोत्क्षिप्तसंशुष्कपर्णाः।
दिनकरपरितापात्क्षीणतोयाः समन्ताद्
विदधति भयमुच्चैर्वीक्ष्यमाणा वनान्ताः॥ २२॥

श्वसिति विहगवर्गः शीर्णपर्णद्रुमस्थः
कपिकुलमुपयाति क्लान्तमद्रेर्निकुञ्जं।
भ्रमति गवययूथः सर्वतः तोयमिच्छन्
शरभकुलमजिह्मं प्रोज्झरत्यम्बु कूपात्॥ २३॥

विकचनवकुसुम्भस्वच्छसिन्दूरभासा
प्रबलपवनवेगोद्भूतवेगेन तूर्णं।
तरुविटपलतायालिङ्गनव्याकुलेन
दिशि दिशि परिदग्धा भूमयः पावकेन॥ २४॥

ध्वनति पवनविद्धः पर्वतानां दरीषु
स्फुटति पटुनिनादः शुष्कवंशस्थलीषु।
प्रसरति तृणमध्ये लब्धवृद्धिः क्षणेन
क्षपयति मृगवर्गं प्रान्तलग्नो दवाग्निः॥ २५॥

बकुतरुरिव जातः शाल्मलीनां वनेषु
स्फुरति कनकगौरः कोटरेषु द्रुमाणां।
परिणतदलशाखाद्युत्पतत्याशु वृक्षाद्
भ्रमति पवनधूतः सर्वतो ऽग्निर्वनान्ते॥ २६॥

गजगवयमृगेन्द्रा वह्निसंतप्तदेहाः
सुहृद इव समेता द्वन्द्वभावं विहाय।
द्रुतवरुपरिखेदाद्दाशु निर्गत्य कक्षाद्
विपुलपुलिनदेशां निम्नगामाश्रयन्ते ॥ १७ ॥

कमलवनचिताम्बुः पाटलामोदरम्यः
सुखसलिलनिषेकः सेव्यचन्द्रांशुजालः।
व्रजतु तव निदाघः कामिनीभिः समेतो
निशि सुललितगीतैर्हर्म्यपृष्ठे सुखेन ॥ १८ ॥

इति श्रीकालिदासकृतावृतुसंहारे ग्रीष्मवर्णनो नाम
प्रथमः सर्गः ॥ १ ॥

॥ अथ वर्षा ॥

सशीकराम्बोधरमत्तकुञ्जरः
तडित्पताको ऽशनिशब्दमर्दलः।
समागतो राजवदुद्धतध्वनिर्
घनागमः कामिजनप्रियः प्रिये ॥ १ ॥

नितान्तनीलोत्पलपत्रकान्तिभिः
क्वचित् प्रभिन्नाञ्जनरागसन्निभैः।
क्वचित् सगर्भप्रमदास्तनप्रभैः
समाचितं व्योम घनैः समन्ततः ॥ २ ॥

तृषाकुलैश्चातकपक्षिणां कुलैः
प्रयाचिताः तोयभरावलम्बिनः।
प्रयान्ति मन्दं बकुवारिवर्षिणो
वलाहकाः श्रोत्रमनोहरस्वनाः॥ ३॥

वलाहकाश्चाशनिशब्दभीषणाः
सुरेन्द्रचापं दधतः तडिद्गुणं।
सतीक्ष्णधारापतनोग्रसायकाः
तुदन्ति चेतो नितरां प्रवासिनां॥ ४॥

प्रभिन्नवैदूर्यनिभैस्तृणाङ्कुरैः
समाचिता प्रोत्थितकन्दलीदलैः।
विभाति कण्ठे वररत्नभूषिता
वराङ्गनेव क्षितिरिन्द्रगोपकैः॥ ५॥

सदा मनोज्ञं सुरतोत्सवोत्सुकं
विकीर्णविस्तीर्णकलापशोभितं।
सविभ्रमालिङ्गनचुम्बनाकुलं
प्रवृद्धनृत्यं कुलमद्य वर्हिणां ६॥

निपातयन्त्यः परितः तरुद्रुमान्
प्रवृद्धवेगाः सलिलैरनिर्मलैः।
स्त्रियः प्रदुष्टा इव जातविभ्रमाः
प्रयान्ति नद्यस्त्वरितं पयोनिधिं ॥ ७ ॥

तृणोद्गमैरुद्गतकोमलाङ्कुरैश्
चितानि नीलैर्हरिणीमुखत्वतैः।
वनानि रम्याणि हरन्ति मानसं
विभूषितान्युद्गतपल्लवद्रुमैः ॥ ८ ॥

विलोलनेत्रोत्पलशोभिताननैर्
मृगैः समन्ताद्युपजातसाध्वसैः।
समाचिता सैकतिनी वनस्थली
समुत्सुकत्वं प्रकरोति चेतसः ॥ ९ ॥

सुतीक्ष्णमुच्चै रसतां पयोमुचां
घनान्धकारावृतशर्वरीष्वपि।
तडित्प्रभादर्शितमार्गभूमयः
प्रयान्ति रागाद्भिसारिकाः स्त्रियः ॥ १० ॥

पयोधरैर्भीमगभीरनिःस्वनै-
ध्वनद्भिरुद्वेजितचेतसो भृशं।
कृत्वापराधानपि योषितः प्रियान्
परिष्वजन्ते शयने निरन्तरं ॥ ११ ॥

विलोचनेन्दीवरवारिविन्दुभि-
र्निषिक्तबिम्बाधरचारुपल्लवाः।
निरस्तमाल्याभरणानुलेपनाः
स्थिता निराशाः प्रमदाः प्रवासिनां ॥ १२ ॥

विषाणडवं कीठरजस्तृणान्वितं
भुजङ्गवद्वक्रगतिप्रसर्पितं।
ससाध्वसैर्भेककुलैर्विलोकितं
प्रयाति निम्नाभिमुखं नवोदकं ॥ १३ ॥

प्रफुल्लपत्रां नलिनीं समुत्सुकां
विहाय भृङ्गाः श्रुतिहारिनिःस्वनाः।
पतन्ति मुग्धाः शिखिनां प्रनृत्यतां
कलापचक्रेषु नवोत्पलाशयाः ॥ १४ ॥

वनद्विपानां नवतोयदस्वनैर्
मदान्वितानां ध्वनतां मुहुर्मुहुः
कपोलदेशा विमलोत्पलप्रभाः
सभृङ्गयूथैर्मदवारिभिश्चिताः ॥ १५ ॥

सतोयनम्राम्बुदचुम्बितोपलाः
समाचिताः प्रस्रवणैः समन्ततः ।
प्रवृत्तनृत्यैः शिखिभिः समाकुलाः
समुत्सुकत्वं जनयन्ति भूधराः ॥ १६ ॥

कदम्बसर्जार्जुननीपकेतकान्
विकम्पयंस्तत्कुसुमाधिवासितः ।
सशीकराम्भोधरसङ्गशीतलः
समीरणः कं न करोति सोत्सुकं ॥ १७ ॥

शिरोरुहैः श्रोणितटावलम्बिभिः
कृतावतंसैः कुसुमैः सुगन्धिभिः ।
स्तनैः सहारैर्वदनैः सशीधुभिः
स्त्रियो रतिं संजनयन्ति कामिनां ॥ १८ ॥

वह्नन्ति वर्षन्ति नद्नन्ति भान्ति
ध्यायन्ति नृत्यन्ति समाश्रयन्ति।
नद्यो घना मत्तगजा वनान्ताः
प्रियाविहीनाः शिखिनः प्लवङ्गाः ॥ १९ ॥

तडिल्लताः शक्रधनुर्विभूषिताः
पयोधरास्तोयभरावलम्बिनः।
स्त्रियः स्वकाञ्चीमणिकुन्दलोज्ज्वला
हरन्ति चेतो युगपत्प्रवासिनां ॥ २० ॥

मालाः कदम्बनवकेशरकेतकीनां
आयोजिताः शिरसि बिभ्रति योषितो ऽ द्य।
कर्णान्तरेषु ककुभद्रुममञ्जरीभिः
श्रोत्रानुकूलरचितानवतंसकांश्च ॥ २१ ॥

कालागुरुप्रचुरचन्दनचर्चिताङ्ग्यः
पुष्पावतंससुरभीकृतकेशपाशाः।
श्रुत्वा ध्वनिं जलमुचां त्वरितं प्रदोषे
शय्यागृहं गुरुगृहात्प्रविशन्ति नार्यः ॥ २२ ॥

कुवलयदलनीलैरुन्नतैः तोयनम्रैर्
मृदुपवनविधूतैर्मन्दमन्दं चलद्भिः।
अपहृतं इव चेतस्तोयदैः सेन्द्रचापैः
पथिकजनबधूनां तद्वियोगक्षतानां ॥ २३ ॥

मुदित इव कदम्बैर्जातपुष्पैः समन्तात्
पवनचलितशाखैः शाखिभिर्नृत्यतीव।
हसितमिव विधत्ते सूचिभिः केतकीनां
नवसलिलनिषेकाच्छान्ततापो वनान्तः ॥ २४ ॥

शिरसि बकुलमालां मालतीभिः समेतां
कुसुमितनवपुष्पैर्यूथिकाकुड्मलैश्च।
विकचनवकदम्बैः कर्णपूरं बधूनां
रचयति जलदौघः कान्तवत्कल एषः ॥ २५ ॥

दधति कुचयुगाग्रैरुन्नतैर्हारयष्टिं
प्रतनुसितदुकूलान्यायतैः श्रोणिबिंबैः।
नवजलकणसेकादुन्नतां रोमराजीं
त्रिबलिवलितशोभां मध्यदेशैश्च नार्यः ॥ २६ ॥

नवजलकणसङ्गाच्छीततां आदधानः
कुसुमभरनतानां लासकः पादपानां।
जनितसुरभिगन्धः केतकीनां रजोभिर्
अपहरति नभस्वान्प्रोषितानां मनांसि ॥ २७ ॥

जलभरनमितानामाश्रयो ऽस्माकमुच्चैर्
अयमिति जलसेकैः तोयदाः तोयनम्राः।
अतिशयपरुषाभिर्यौष्मवाङ्गैः शिखाभिः
समुपजनिततापं ह्लादयन्तीव विन्ध्यं ॥ २८ ॥

बकुगुणरमणीयो योषितां चित्तहारी
तरुविटपलतानां बान्धवो निर्विकारः।
जलदसमय एषः प्राणिनां प्राणभूतो
दिशतु तव हितानि प्रायसो वाञ्छितानि ॥ २९ ॥

इति श्रीकालिदासकृतावृतुसंहारे वर्षावर्णनो नाम द्वितीयः सर्गः ॥ २ ॥

॥ अथ शरद् ॥

काशांशुका विकचपद्ममनोज्ञवक्त्रा
सोन्मादहंसरुतनूपुरनादरम्या ।
आपक्वशालिललितानतगात्रयष्टिः
प्राप्ता शरन्नवबधूरिव रम्यरूपा ॥ १ ॥

काशैर्मही शिशिरदीधितिनो रजन्यो
हंसैर्जलानि सरितां कुमुदैः सरांसि ।
सप्तच्छदैः कुसुमभारनतैर्वनान्ताः
शुक्लीकृताण्युपवनानि च मालतीभिः ॥ २ ॥

चञ्चन्मनोज्ञसफरीरसनाकलापाः
पर्यन्तसंस्थितसिताण्डजपङ्क्तिहाराः।
नद्यो विशालपुलिनोरुनितम्बबिम्बा
मन्दं प्रयान्ति समदाः प्रमदा इवाद्य ॥ ३ ॥

व्योम क्वचिद्रजतशङ्खमृणालगौरैः
त्यक्ताम्बुभिर्लघुतया शतशः प्रयातैः।
उत्प्रेक्ष्यते पवनवेगचलैः पयोदै
राजेव चामरशतैरभिवीज्यमानः ॥ ४ ॥

भिन्नाञ्जनप्रचयकान्ति नभो मनोज्ञं
बन्धूकपुष्परजसारुणिता च भूमिः।
वप्राश्च पक्वकलमावृतभूमिभागा
उत्कण्ठयन्ति न मनो भुवि कस्य यूनः ॥ ५ ॥

मन्दानिलाकुलितचारुविशालशाखः
पुष्पोद्गमप्रचयकोमलपल्लवाद्यः।
मत्तद्विरेफपरिपीतमधुप्रसेकश्
चित्तं विदारयति कस्य न कोविदारः ॥ ६ ॥

तारागणप्रचुरभूषणमुद्वहन्ती
मेघोपरोधपरिमुक्तशशाङ्कवक्त्रा।
ज्योत्स्नाङ्कूलममलं रजनी दधाना
वृद्धिं प्रयात्यनुदिनं प्रमदेव बाला ॥ ७ ॥

कारण्डवाननविघट्टितवीचिमालाः
कादम्बसारसकुलाकुलतीरदेशाः।
कुर्वन्ति हंसविरुतैः परितो जनस्य
प्रीतिं मनोज्ञकमलारुणिताश्च नद्यः ॥ ८ ॥

नेत्रोत्सवो हृदयहारिमरीचिमालः
प्रह्लादकः शिशिरशीकरवारिवर्षी।
पत्युर्वियोगविषदिग्धशरक्षतानां
चन्द्रो दहत्यनुदिनं तनुमङ्गनानां ॥ ९ ॥

आकम्पयन् फलभरानतशालिशालं
आनर्तयंस्तरुवरान् कुसुमावनाम्रान्।
उत्फुल्लपङ्कजवनां नलिनीं विधुन्वन्
यूनां मनश्चलयति प्रसभं नभस्वान् ॥ १० ॥

सोन्मादहंसमिथुनैरुपशोभितानि
स्वच्छानि पुष्टकमलोत्पलभूषितानि।
मन्दप्रचारपवनोद्धतवीचिमालान्य्
उत्कण्ठयन्ति हृदयं सहसा सरांसि ॥ ११ ॥

नष्टं धनुर्बलभिदो ज्वलदोदरेषु
सौदामिनी स्फुरति नाथ वियत्पताका।
धुन्वन्ति पक्षपवनैर्न नभो बलाकाः
पश्यन्ति नोन्नतमुखा गगनं मयूराः ॥ १२ ॥

नृत्यप्रयोगरहितान् शिखिनो विहाय
हंसानुपैति मदनो मधुरप्रगीतान्।
त्यक्त्वा कदम्बकुटजार्जुनसर्जनीपान्
सप्तच्छदानुपगता कुसुमोद्गमश्रीः ॥ १३ ॥

शेफालिकाकुसुमगन्धमनोहराणि
शाखास्थिताण्डजकुलप्रतिनादितानि।
पर्यन्तसंस्थितमृगीनयनोत्पलानि
प्रोत्कण्ठयन्त्युपवनानि मनांसि पुंसां ॥ १४ ॥

कह्लारपद्मकुमुदानि मुकुर्विधुन्वन्
तत्सङ्गमाद्धिकशीतलतां उपेतः।
सोत्कां करोति वनितां पवनः प्रभाते
पत्रान्तलग्नतुहिनाम्बुविधूयमानः॥ १५॥

संपन्नशालिनिचयावृतभूतलानि
सुष्ठुस्थितप्रचुरगोकुलशोभितानि।
हंसैश्च सारसकुलैः प्रतिनादितानि
सीमान्तराणि जनयन्ति जनप्रमोदं॥ १६॥

हंसैर्जिता सुललिता गतिरङ्गनानां
अम्भोरुहैर्विकसितैर्मुखचन्द्रकान्तिः।
नीलोत्पलैर्मदचलानि विलोचनानि
भ्रूविभ्रमाश्च सरितां तनुभिस्तरङ्गैः॥ १७॥

श्यामा लताः कुसुमभारनतप्रबालाः
स्त्रीणां हरन्ति धृतभूषणबाकुकान्तिं।
दन्तावभासविशदस्मितवक्त्रकान्तिं
साशोकपुष्परचिता नवमालती च॥ १८॥

केशान्वितान्तघननीलविकुञ्चितायान्
आपूरयन्ति वनिता नवमालतीभिः।
कर्णेषु च प्रचलकाञ्चनकुण्डलेषु
नीलोत्पलानि विविधानि निवेशयन्ते ॥ १९ ॥

हरैः सचन्दनरसैः स्तनमण्डलानि
श्रोणीतटं सुविपुलं रसनाकलापैः।
पादाम्बुजं कनकनूपुरशोभनैश्च
नार्यः प्रहृष्टमनसो ऽद्य विभूषयन्ति ॥ २० ॥

स्फुटकुमुदचितानां राजहंससेवितानां
मरकतमणिभासा वारिणा भूषितानां।
श्रियमतिशयरूपां व्योम तोयाशयानां
वहति विगतमेघं चन्द्रतारावकीर्णं ॥ २१ ॥

शरदि कुमुदसङ्गाद्वायवो वान्ति शीता
विगतजलदवृन्दा दिग्विभागा मनोज्ञाः।
विगतकलुषमम्भः शालिपक्वा धरित्री
विमलकिरणचन्द्रं व्योम ताराविचित्रं ॥ २२ ॥

करकमलमनोज्ञाः कान्तसंसक्तहस्ताः
वदनविजितचन्द्राः काश्चिदन्यास्तरुण्यः।
चितकुसुमसुगन्धि प्राविशन्तीव वेश्म
प्रबलमदनहेतोः त्यक्तसंगीतरागाः॥ २३॥

सुरतरसविलासात्सत्सखीभिः समेता
असमरसविनोदं सूचयन्त्य प्रकामं।
अनुपममुखरागा रात्रिमध्या विनोदं
शरदि तरुणकान्ताः सूचयन्ति प्रमोदात्॥ २४॥

दिवसकरमयूखैर्बोध्यमानं प्रभाते
वरयुवतिमुखाभं पङ्कजं जृम्भते ऽ द्य।
कुमुदमपि गते ऽ स्तं लीयते चन्द्रबिम्बे
हसितमिव बधूनां प्रोषितेषु प्रियेषु॥ २५॥

असितनयनलक्ष्मीं लक्षयित्वोत्पलेषु
क्वणितकनककाञ्चीं मत्तहंसस्वनेषु।
अधररुचिरशोभां बन्धुजीवे प्रियाणां
पथिकजन इदानीं रोदिति भ्रान्तचित्तः॥ २६॥

स्त्रीणां निधाय वदनेषु शशाङ्कलक्ष्मीं
हास्ये विशुद्धवदने कुमुदाकरश्रीं ।
बन्धूककान्तिमधरेषु मनोहरेषु
क्वाप प्रयाति सुभगा शरदागमश्रीः ॥ २७ ॥

विकचकमलवक्त्रा फुल्लनीलोत्पलाक्षी
कुसुमितनवकाशा श्वेतवासोवसाना ।
कुमुदरुचिरहासा कामिनीवोन्मदेयं
उपदिशतु शरद्वश्चेतसां प्रीतिमग्र्यां ॥ २८ ॥

॥इति कालिदासकृतावृतुसंहारे शरद्वर्णनो नाम त्रितीयः सर्गः ॥३॥

॥ अथ हेमन्तः ॥

नवप्रबालोद्गमशस्यरम्यः
प्रफुल्लशोभ्रः परिपक्वशालिः।
विलीनपद्मः प्रपतत्तुषारो
हेमन्तकालः समुपागतो ऽयं ॥ १ ॥

मनोहरैः कुङ्कुमरागपिङ्गैः
तुषारकुन्देन्दुनिभैश्च हारैः।
विलासिनीनां स्तनशालिनीनां
नालंक्रियन्ते स्तनमण्डलानि ॥ २ ॥

न वाहुयुग्मेषु विलासिनीनां
प्रयान्ति सङ्गं वलयाङ्गदानि।
नितम्बबिम्बेषु नवं दुकूलं
तन्वंशुकं पीनपयोधरेषु ॥ ३ ॥

काञ्चीगुणैः काञ्चनरत्नचित्रै-
न भूषयन्ति प्रमदा नितम्बान्।
न नूपुरैर्हंसरुतं भजद्भिः
पादाम्बुजान्यम्बुजकान्तिभाञ्जि ॥ ४ ॥

गात्राणि कालीयकचर्चितानि
सपत्रलेखानि मुखाम्बुजानि।
शिरांसि कालागुरुधूपितानि
कुर्वन्ति नार्यः सुरतोत्सवाय ॥ ५ ॥

रतिश्रमक्लान्तविपाण्डुगण्डाः
प्राप्ताश्च हर्षाभ्युदयं तरुण्यः।
हसन्ति नोचैर्दशनायमित्रान्
प्रपीड्यमानानधरानवेक्ष्य ॥ ६ ॥

पीनस्तनोरुस्थलभागशोभां
आसाद्य तत्पीडनजातखेदः।
तृणाग्रलग्नैस्तुहिनैः पतद्भि-
आक्रन्दतीवोषसि शीतकालः ॥ ७ ॥

प्रभूतशालिप्रसवैश्चितानि
मृगाङ्गनायूथविभूषितानि।
मनोहरक्रौञ्चनिनादितानि
सीमान्तराण्युत्सुकयन्ति चेतः॥ ८॥

प्रफुल्लनीलोत्पलशोभितानि
शरारिकादम्बविघट्टितानि।
प्रसन्नतायानि सशैवलानि
सरांसि चेतांसि हरन्ति पुंसां॥ ९॥

पाकं व्रजन्ती हिमपातशीतैर्
आधूयमाना सततं मरुद्भिः।
प्रिये प्रियङ्गुः प्रियविप्रयुक्ता
विपाण्डुतां याति विलासिनीव॥ १०॥

पुष्पासवामोदसुगन्धिवक्त्रो
निःश्वासवातैः सुरभीकृताङ्गः।
परस्पराङ्गव्यतिसङ्गशायी
शेते जनः कामशरानुविद्धः॥ ११॥

दन्तच्छदैर्दन्तविघातचिह्नैः
स्तनैश्च पाणिग्रहकृताभिलेखैः।
संसूच्यते निर्दयमङ्गनानां
रतोपभोगो नवयौवनानां ॥ १२ ॥

काचिद्विभूषयति दर्पणयुक्तहस्ता
बालातपेषु वनिता वदनारविन्दं।
दन्तच्छदं प्रियतमेन निपीतसारं
दन्तायभिन्नमपकृष्य निरीक्षते च ॥ १३ ॥

अन्याः प्रकामसुरतश्रमभिन्नदेहा
रात्रिप्रजागरविपाटलनेत्रयुग्माः।
शय्यान्तरेषु लुलिताकुलकेशपाशा
निद्रां प्रयान्ति मृदुसूर्यकराभितप्ताः ॥ १४ ॥

निर्माल्यदामपरिभूतमनोज्ञगन्धं
मूर्धीपनीय घननीलशिरोरुहान्ताः।
पीनोन्नतस्तनभरानतगात्रयष्ट्यः
कुर्वन्ति केशरचनामपरास्तरुण्यः ॥ १५ ॥

अन्या प्रियेण परिभुक्तमवेक्ष्य गात्रं
हर्षान्विता विरचिताधररागशोभा।
कुर्यासकं परिदधाति नवं नताङ्गी
व्यालम्बिनी विलुलितालककुचिताक्षी ॥ १६ ॥

अन्याश्चिरं सुरतकेलिपरिश्रमेण
खेदं गताः प्रशिथिलीकृतगात्रयष्ट्यः।
संपीड्यमानविपुलोरुपयोधरार्त्ता
अभ्यञ्जनं विदधति प्रमदाः सुशोभं ॥ १७ ॥

बकुगुणरमणीयो योषितां चित्तहारी
परिणतबकुशालिव्याकुलग्रामसीमः।
विनिपततुषारः क्रौञ्चनादोपनीतः
प्रदिशतु हिमयुक्तः काल एषः प्रियं वः ॥ १८ ॥

इति श्रीकालिदासकृतावृतुसंहारे हेमन्तवर्णनो नाम
चतुर्थः सर्गः ॥ ४ ॥

॥ अथ शिशिरः ॥

प्ररूढशालिप्रचयावृतक्षितिं
निद्रोत्थितक्रौञ्चनिनादशोभितं ।
प्रकामकामं प्रमदाजनप्रियं
वरोरु कालं शिशिराह्वयं शृणु ॥ १ ॥

निरुद्धवातायनमन्दिरोदरं
कृताशनो भानुमतो गमस्तयः ।
गुरूणि वासांस्यबलाः सयौवनाः
प्रयान्ति काले ऽस्य जनस्य सेव्यतां ॥ २ ॥

न चन्दनं चन्द्रमरीचिशीतलं
न हर्म्यपृष्ठं शरदिन्दुनिर्मलं।
न वायवः सान्द्रतुषारशीतला
जनस्य चित्तं रमयन्ति साम्प्रतं ॥ ३ ॥

तुषारसङ्घातनिपातशीतलाः
शशाङ्कभाभिः शिशिरीकृताः पुनः।
विपाण्डुतारागणचारुभूषणा
जनस्य सेव्या न भवन्ति रात्रयः ॥ ४ ॥

गृहीतताम्बूलावलेपनस्रजः
पुष्पासवामोदितवक्त्रपङ्कजाः।
प्रकामकालागुरुधूपवासिता
विशन्ति शय्यागृहमुत्सुकाः स्त्रियः ॥ ५ ॥

कृतापराधान् बकुशो चितर्जितान्
सवेपथून् साध्वसमन्दचेतसः।
निरीक्ष्य भर्तॄन् सुरताभिलाषिणः
स्त्रियो ऽपराधान् समदा विसस्मरुः ॥ ६ ॥

प्रकामकामैः सुरतैश्च निर्दयं
निशासु दीर्घास्वतिपीडिताश्चिरं।
भ्रमन्ति मन्दं श्रमखेदितोरवः
क्षपावसाने नवयौवनाः स्त्रियः॥ ७॥

मनोज्ञकुर्पासकपीडितस्तनाः
सरागकौशेयविभूषितोरवः।
निवेशितान्तः कुसुमैः शिरोरुहैर्
विभूषयन्तीव हिमागमं स्त्रियः॥ ८॥

पयोधरैः कुङ्कुमरागपिञ्जरैः
सुखोपसेव्यैर्नवयौवनोन्नतैः।
विलासिनीनां परिपीडितोरसः
क्षपन्ति शीतं परिभूय कामिनः॥ ९॥

सुगन्धिनिः श्वासविकम्पितोत्पलं
मनोहरं कामरतिप्रबोधनं।
निशासु हृष्टाः सह कामिभिः स्त्रियः
पिबन्ति मद्यं मदनीयमुत्तमं॥ १०॥

अपगतमदरागा योषिदेका प्रभाते
कृतनिविडकुचाग्रा पत्युरालिङ्गनेन।
प्रियतमपरिभुक्तं वीक्ष्यमाणा स्वदेहं
व्रजति शयनगेहाद्वस्त्रमाकर्षयन्ती ॥ ११ ॥

अगुरुसुरभिधूपाशोभितं केशपाशं
गलितकुसुममालं धुन्वती कुञ्चितायं।
त्यजति गुरुनितम्बा निम्ननाभिः सुमध्या
ऽप्युषसि शयनवासः कामिनी कामशोभा ॥ १२ ॥

कनककमलकान्तैश्चारुताम्राधरोष्ठैः
श्रवणतटनियुक्तैः पाटलोपान्तनेत्रैः।
उषसि वदनबिम्बैरंशसंसक्तकेशैः
श्रिय इव गृहमध्ये संस्थिता योषितो ऽद्य ॥ १३ ॥

पृथुजघनभरार्त्ताः किञ्चिदानम्रमध्याः
स्तनभरपरिखेदान् मन्दमन्दं व्रजन्त्यः।
सुरतसमयवेशं नैशमन्त्यं विहाय
दधति दिवसयोग्यं वेशमेताः तरुण्यः ॥ १४ ॥

नखपदरचिताग्रान्वीक्ष्यमाणाः स्तनान्तान्
अधरकिशलयाग्रान् दन्तभिन्नान् स्पृशन्त्यः।
अभिमततरमोदं वर्णयन्त्यस्तरुण्यः
सवितुरुदयकाले भूषयन्त्याननानि ॥ १५ ॥

प्रचुरगुडविकारः स्वादुशालीक्षुरम्यः
प्रबलसुरतकेलिर्ज्ञातकन्दर्पदर्पः।
प्रियतमरहितानां चित्तसंतापहेतुः
शिशिरसमय एषः श्रेयसे वोऽस्तु नित्यं ॥ १६ ॥

॥ इति कालिदासकृतावृतुसंहारे शिशिरवर्णनो नाम पंचमः सर्गः ॥ ५ ॥

॥ अथ वसन्तः ॥

प्रफुल्लचूताङ्कुरतीक्ष्णशायको
द्विरेफमालां विदधद्धनुर्गुणां ।
मनांसि भेत्तुं सुरतप्रसंगिनां
वसन्तयोधः समुपागतः प्रिये ॥ १ ॥

द्रुमाः सपुष्पाः सलिलं सपद्मं
स्त्रियः सकामाः पवनः सुगन्धिः ।
सुखाः प्रदोषा दिवसाश्च रम्याः
सर्वं प्रिये चारुतरं वसन्ते ॥ २ ॥

वापीजलानां मणिमेखलानां
शशाङ्कभासां प्रमदाजनानां ।
चूतद्रुमाणां कुसुमानतानां
तनोति सौभाग्यमयं वसन्तः ॥ ३ ॥

स्तनेषु हाराः सितचन्द्रनार्द्रा
मुखेषु ताम्बूलसुगन्धिवाताः।
प्रयान्ति निः शङ्कमनङ्गसौख्यं
विलासिनीनां जघनेषु काच्यः॥ ४॥

कुसुम्भरागारुणितैर्दुकूलैः
नितम्बबिम्बानि विलासिनीनां।
तन्वंशुकैः कुङ्कुमरागगौरैः
अलङ्क्रियन्ते स्तनमण्डलानि॥ ५॥

कर्णेषु योग्यं नवकर्णिकारं
केशेषु नीलेष्वलकेष्वशोकं।
शिखासु फुल्ला नवमल्लिकाश्च
प्रयान्ति सङ्गं प्रमदा जनस्य॥ ६॥

सपत्रलेखेषु विलासिनीनां
वक्त्रेषु हेमाम्बुरुहोपमेषु।
रत्यन्तरे मौक्तिकतुल्यरूपः
स्वेदोद्गमो विस्तरतामुपैति॥ ७॥

उल्लासयन्त्यः श्लथबन्धनानि
गात्राणि कन्दर्पसमाकुलानि ।
समीपवर्त्तिष्वपि कामुकेषु
समुत्सुका एव भवन्ति नार्यः ॥ ८ ॥

तनूनि पाण्डूनि सुकम्पितानि
मुकुर्मुकुर्जृम्भनतत्पराणि ।
अङ्गान्यनङ्गः प्रमदाजनस्य
करोत्यसौ प्रोषितभर्तृकस्य ॥ ९ ॥

नेत्रेषु लोलो मदिरालसेषु
गण्डेषु पाण्डुः कठिनः स्तनेषु ।
मध्येषु नम्रो जघनेषु पीनः
स्त्रीणामनङ्गो बहुधा स्थितो ऽभ्य ॥ १० ॥

अङ्गानि निद्रालसितानि नित्यं
वाक्यानि किञ्चिन्मदिरालसानि ।
भ्रूक्षेपजिह्मानि विलोचनानि
करोति कामः प्रमदाजनानां ॥ ११ ॥

प्रियङ्गुकालीयककुङ्कुमानि
स्तनाङ्गरागेषु विचर्चितानि।
आसेव्यते चन्दनमङ्गनाभिर्
मदालसाभिर्मृगनाभियुक्तं ॥ १२ ॥

गुरूणि वासांसि विहाय तूर्णं
तनूनि लाक्षारसरञ्जितानि।
सुगन्धिकालागुरुधूपितानि
धत्ते जनः कामशरानुविद्धः ॥ १३ ॥

पुंस्कोकिलश्चूतरसेन मत्तः
प्रियामुखं चुम्बति सादरो ऽयं।
गुञ्जद्भिरेफो ऽप्ययमम्बुजस्थः
प्रियः प्रियायाः प्रकरोति चाटुं ॥ १४ ॥

प्रबालताम्रस्तवकावनम्राश्
चूतद्रुमाः पुष्पितचारुशाखाः।
कुर्वन्ति कान्ते पवनावधूताः
समुत्सुकत्वं मनसो ऽङ्गनानां ॥ १५ ॥

आमूलतो विद्रुमरागताम्राः
सपल्लवं पुष्पचयं दधानाः।
कुर्वन्त्यशोका हृदयं सशोकं
निरीक्ष्यमाणा नवयौवनानां ॥ १६ ॥

मत्तद्विरेफपरिचुम्बितचारुपुष्पा
मन्दानिलाकुलितचारुमृदुप्रबालाः।
कुर्वन्ति कामिमनसां सहसोत्सुकत्वं
बालातिमुक्तकलिकाः समवेक्ष्यमाणाः ॥ १७ ॥

कान्तामुखद्युतिमुषामचिरोद्गतानां
शोभां परां कुरवकद्रुममञ्जरीनां।
दृष्ट्वा प्रिये प्रियतमारक्षितस्य पुंसः
कन्दर्पबाणनिकरैर्व्यथितं हि चेतः ॥ १८ ॥

आदीप्तवह्निसदृशैरपि पारिजातैः
सर्वत्र किंशुकवनैः कुसुमावनम्रैः।
सद्यो वसन्तसमये समुपागते च
रक्तांशुका नवबधूरिव भाति भूमिः ॥ १९ ॥

किं किंशुकैः शुकमुखच्छविभिर्न दग्धं
किं कर्णिकारकुसुमैर्न कृतं मनोज्ञं।
यत्कोकिलाः पुनरमी मधुरैर्वचोभिर्
यूनां मनः सुवदने नियतं हरन्ति ॥ २० ॥

पुंस्कोकिलैः कलवचोभिरुपात्तहर्षैः
कूजद्भिरुन्मदकराणि वचांसि पुंसां।
लज्जान्वितं सविनयं हृदयं क्षणेन
पर्याकुलं कुलगृहे ऽ पि कृतं बधूनां ॥ २१ ॥

आकम्पयन् कुसुमितां सहकारशाखां
विस्तारयन् परभृतस्य वचांसि दिक्षु।
वायुर्विवाति हृदयानि हरन्नराणां
नीहारपातविगमात्सुभगो वसन्ते ॥ २२ ॥

कुन्दैः सविभ्रमबधूहसितावदातैः
संशोभितान्युपवनानि मनोहराणि।
चित्तं मुनेरपि हरन्ति निरस्तरागं
प्रायेण रागमलिनानि मनांसि पुंसां ॥ २३ ॥

आलम्बिहेमरसनाः स्तनसक्तहाराः
कन्दर्पदर्पशिथिलीकृतगात्रयष्ट्यः।
मासे मधौ मधुरकोकिलभृङ्गनादैर्
नार्यो हरन्ति हृदयं प्रसभं नराणां ॥ २४ ॥

नानामनोज्ञकुसुमद्रुमपुष्पितायान्
दृष्ट्वान्यपुष्टकुलशोभितसानुदेशान्।
शैलेयजालपरिणद्धशिलातलान्तान्
दृष्ट्वा जनः क्षितिभृतो मदमेति सर्वः ॥ २५ ॥

नेत्रे निमीलयति रोदिति याति मोहं
घ्राणं करेण विरुणद्धि विरौति चोच्चैः।
कान्तावियोगपरिखेदितचित्तवृत्तिर्
दृष्ट्वा जनः कुसुमितान् सहकारवृक्षान् ॥ २६ ॥

समदमधुकराणां कोकिलानां च नादैः
कुसुमितसहकारैः कर्णिकारैश्च रम्यैः।
इषुभिरिव सुतीक्ष्णैर्मानसं कामिनीनां
तुदति कुसुमचापो मन्मथोद्दीपनाय ॥ २७ ॥

रुचिरकनककान्तं मुञ्चतः पुष्पवृन्दं
मृदुपवनविधूतान् पुष्पितांश्चूतवृक्षान्।
अभिमुखमभिवीक्ष्य क्षामदेहो ऽपि मार्गे
मदनशरसुविद्धो मोहमेति प्रवासी ॥ २८ ॥

परभृतकलगीतैर्हृादिभिः सद्दचांसि
स्मितदशनमयूखं कुन्दपुष्पप्रभाभिः।
करकिशलयकान्तिं पल्लवैर्विद्रुमाभैर्
अभिभवति वसन्तः कामिनीनामिदानीं ॥ २९ ॥

कनककमलकान्तैराननैः पाण्डुगण्डैर्
उपनिहितसुहारैश्चन्दनार्द्रैः स्तनाग्रैः।
मदनजनितलासैः सालसैर्दृष्टिपातैर्
मुनिवरमपि नार्यः कामयन्ते वसन्ते ॥ ३० ॥

मधुसुरभिमुखाब्जं लोचने लोलतारे
नवकुरवकपूर्णः केशपाशो मनोज्ञः।
अतिगुरुकुचयुग्मं श्रोणिबिम्बं तथैव
न भवति किमिदानीं योषितां ब्रूहि चारु ॥ ३१ ॥

आकम्पितानि हृदयानि मनस्विनीनां
वातैः प्रफुल्लसहकारकृताधिवासैः।
उत्कूजितैः परभृतस्य मदाकुलस्य
श्रोत्रप्रियैर्मधुकरस्य च गीतशब्दैः॥ ३२॥

रम्यप्रदोषसमयः स्फुतचन्द्रभासः
पुंस्कोकिलस्य विरुतं पवनः सुगन्धिः।
मत्तालियूथविरुतं निशि सीधुपानं
सर्वं हि साधनमिदं कुसुमायुधस्य॥ ३३॥

नीलाशोकविकल्पिताधरमधुर्मत्तद्विरेफस्वनः
कुन्दापीडविशुद्धदन्तनिकरः प्रोत्फुल्लपद्माननः।
चूतामोदसुगन्धिमन्दपवनः शृङ्गारदीक्षागुरुः
कल्पान्तं मदनप्रियो दिशतु वः पुष्पागमो मंगलं॥ ३४॥

इति कालिदासकृतावृतुसंहारे वसन्तवर्णनो नाम षष्ठः
सर्गः॥ ६॥

Versio latina.

I. Tempestas Grîshma.

1. Aestuante sole, desiderabili luna, continuis lavacris concussa aquae copia, vesperis amoenis et exstincta cupidine, aestivum tempus adgressum est, o amata.

2. Noctes, quarum per lunam finduntur umbrae; refrigeratorium alicubi variegatum; gemmarum ornamenta humidumque santalum mense Suchi adsunt, o dilecta, ad amatum colendum.

3. Bene odoro, mentem exhilarante cubiculo; vino, per amatae oris suspiria tremulo, et cantu suaviter sonante, Amorem inflammante, per mensem Suchim noctu fruuntur amantes.

4. Coxarum globulis pulchro amiculo cinctis, papillis margaritarum serto ornatis santaloque adspersis, et capillis suffitus fragrantia suave olentibus, mulieres calorem tranquillant amantium.

5. Per pulchrarum pedes, multae laccae succi colore rubicundos et compedibus ornatos, quae quovis passu cygni stridorem imitantur, juvenis animus in amorem rapitur.

6. Mammis santali pulvere fucatis, frigido croco conjunctis in vertice corollis atque aureo cingulo in laterum sede praeditae, cujusnam animum non faciunt desiderio adfectum?

7. Jam attrahuntur puellae juveniles altis mammis ornatae, quarum membrorum articuli emanante sudore conspergun · tur, posteaquam vestimenta gravia atque a pectore leve indumentum amoverunt.

8. Per zephyros qui santalinas aquas ventilarunt, per uberum orbiculos margaritarum serto ornatos et per citharae, avium minuritionis et cantus sonos suscitatur hodie dormiens quasi Amor.

9. Luna, per noctes in candidis cubiculis suavedormientes mulierum vultus perintente adspiciendo, diu adfligitur moerore, donec versus finem noctis prae pudore quasi pallorem adsciscit.

10. Terra, pulveris per intolerabilem ventum excitati volumine cincta et iracundi solis calore adusta, ne conspici quidem potest a viatoribus, quorum mentes per separationis ab amica ignem sunt inflammatae.

11. Hinnulei, fervente calore valde cruciati, videntes coelum elephantiforme conglomeratum, exsiccatis prae magna siti palatis accurrunt, in sylvae margine aquam putantes.

12. Per illecebras ac ridentes furtivos nutus lascivientes puellae in mente fidelium celeriter amoris flammam accendunt, simulac vesperae apparent lunae splendore indutae.

13. Serpens, solis radiis per calidum pulverem in via adustus, caput erigens, tortuose incedens et continuo suspirans, in pavonis umbra assidet.

14. Ferarum dominus, per sitim vehementem roboris vi destitutus, iterum suspirans, lacerato undique ore, tremula lingua ac fluctuante juba, elephantos etsi prope versantes non venatur.

15. Neque leones timent elephanti, arida fauce roris humorem lambentes, per radios solis exhausti et aucta siti excruciati aquam quarentes.

16. Pavones, per solis radios, sacrificii flammae similes, corpore et mente lassati, non serpentem interficiunt in propinquitate versantem et caput suum sub illorum caudis abscondentem.

17. Graminibus odoratis et albicante luto plenam paludem protensis proboscidum globulis perfodiens verrium grex, per solem, splendore flammantem, excruciatus terrae solum intrat quasi.

18. Rana, sole peracutis radiis coronato adusta, ex aqua pulverulenta paludis exsiliens, in umbram sitientis serpentis, cristam pro umbella gerentis, aufugit.

19. Et serpens, solis ardore fissam habens radiantem capitis gemmam, tremula lingua ventum lingendo captans, per venenosae solaris flammae calorem vexatus et siti perturbatus non interficit ranarum copiam.

20. Lacus, extensum undique fibrorum rete praebens, moribundis piscibus et aufugientibus timidis gruibus plenus, per multos invicem sese comprimentes elephantos ex continua contritione redditur lutosus.

21. Bubulorum grex, spuma et saliva involuto rugato ore, urente pendula lingua, erecto vultu, siti confusus e montium caverna ad aquam quaerendam prorumpit.

22. Regiones sylvosae jam ex longinquo conspectae injiciunt terrorem, nam ex acerrima sylvae conflagratione, combustis graminum germinibus, conspersis per crudelis venti vigorem aridis foliis et aquis per solis aestum exsiccatis ubique adparent.

23. Suspirat avium turba in arbore foliis destituta sedens; defatigata simiarum cohors adscendit versus montis arboretum; circumerrat bovum grex undique aquam quaerens et locustarum examen recta ex puteo humorem depromit.

24. Per flammam, expansi novi carthami et pellucidi minii instar splendentem, cujus celeriter ex vehementis venti motu incitatur rapiditas et cujus amplexu arborum, fruticum palmitumque vertices confunduntur, in omnibus coeli plagis combustae adparent regiones.

25. Per ventum instigata resonat ex montium cavernis sylvae combustio; evolvit se cum sibilante stridore ex aridis arundinetis; progreditur in media herba subito vigorem consecuta et, in confinibus commorans, in fugam prosternit hinnuleorum gregem.

26. Flamma, ex bombycinorum arboretis vehementior quasi facta, aureo colore e caveis arborum prorumpit; tum subito ex arbore, cujus rami folia convolvunt, subsilit et, vento incitata, undecunque in sylvae confinibus oberrat.

27. Elephanti, bubuli et leones, ignis oestro perciti corpore, tanquam amici congrediuntur, hostilitatis naturam deponentes; ex arida sylva, flammarum tormentis plena, celeriter egredientes ad fluvium se convertunt, magnis insulis insignitum.

28. Undas lotorum copiâ decorans, Bignoniarum fragrantia amoenum, suavis aquae adspersione conjunctum, pulchrae

lunae radiorum rete tendens, tempus calidum quavis nocte feliciter inter amoenos cantus in aedium tecto transeat tibi cum amicabus conjunctum.

II. Tempestas Varshâ.

1. Altesonans nubium adventus, amantibus gratus, o dilecta, aggreditur regis instar, pluviosam nubem pro furibundo elephanto, fulmen pro vexillo et tonitruum strepitum pro tympano habens.

2. Coelum ubique obtectum est nubibus, ut intense coeruleae loti folium splendentibus, aliquando prurientis elephanti formae similibus et mox gravidae mulieris ubera referentibus.

3. Per sitientes Châtacorum avium turbas quaesitae nubes, aquae onere dependentes, lente procedunt multam pluviam dimittentes, auribus jucunde sonantes.

4. Ast nubes, tonitruum sono terribiles, fulguris chorda instructum Indri arcum praebentes et peracutis guttis cadentibus, tanquam crudelibus sagittis insignitae, viatorum animum continuo obtundunt.

5. Terra, graminum germinibus Lazuli lapidibus scissis similibus et erectis Kandalium foliis operta, coccinellis splendet foeminae nobilis instar, eximiis in collo gemmis ornatae.

6. Semper jucunda pavonum familia, in voluptatis festum trepidans, ampla atque expansa cauda ornata, per congressus et osculationis ardorem confusa, hodie magis saltat.

7. Flumina, majorem celeritatem nacta atque undis turbidis in

ripa crescentes arbores undique prosternentia, festinanter in oceanum abeunt, quemadmodum lascivientes malae famae mulieres.

8. Sylvae jucundae, obtectae graminum surculis, erectis teneris germinibus instructis, viridibus, quibus dorcadum labia vulnerantur, et prodeuntibus fruticum gemmis vestitae, animum rapiunt.

9. Arenosa ripa sylvatica, timidis undique hinnuleis operta, quorum vultus tremulis oculorum lotis emicant, desiderio afficit mentem.

10. Dum nubes alte et vehementer tonitru resonant, vel in noctibus densa obscuritate involutis, regiones quarum tramites fulminis splendore visibiles fiunt, perambulant mulieres ex amore visitantes amicum.

11. Per nubes, terribili ac gravi strepitu tonantes, valde agitata mente uxores, maritos etsi offensionis reos arctius in stragulo amplectuntur.

12. Absentium tamen uxores, spe dejecta commorantur, aquae guttis ex luminum nymphaea depressis adspergentes Bimbo similium labiorum pulchros surculos et corollum, ornatum atque unguenta negligentes.

13. Flavescens, insectis, pulvere et straminibus opertus alveus recens natus, serpentis instar curvo incessu prorepens et per anxios ranarum greges conspectus, profunda fauce progreditur.

14. Gratiosam, foliis expansam nymphaeam relinquendo apes, aurem demulcentes susurru, confusae cadunt in pavonum saltantium caudae rotas, in novo nelumbio cubile quaerentes.

15. Elephantorum sylvaticorum, per apparentis nubis strepitum in furorem redactorum, iterum iterumque clamantium malae, immaculati nelumbii instar radiantes, opertae sunt uriginis guttis, apum examine conjunctis.

16. Desiderium excitant montes, quorum petrae per nubes pluvia onustas oscula accipiunt, qui ab omni parte rivulis repleti et pavonibus, saltationi deditis, obtecti sunt.

17. Quem non hilarem reddit zephyrus, Kadamborum, Sarjorum, Arjunorum, Nîporum et Ketacorum arbores commovens earumque floribus fragrantissimus et per pluvialis nubis connubium temperatus?

18. Per comam ad coxas et latera dependentem, per elenchos ex floribus suave olentibus factos, per mammas corollis insignitas et per ora mulso spirantia, muliores gaudium procreant amantibus.

19. Fluunt, pluunt, vociferantur, splendent, meditantur, saltant, congrediuntur: flumina, nubes, elephanti furibundi, sylvae, ab amata relicti, pavones, simiae.

20. Fulguris palmitibus et Indri arcu insignitae nubes, aquarum pondere inclinatae, et mulieres, suis cinguli gemmis et elenchis radiantes, subito mentem capiunt absentium.

21. Corollas e Kadambis, recentibus Kesaris et Ketacis connexas jam in capite gerunt mulieres, et in aurium lobis ex Kakubhi arboris spicis elenchos, auri jucunde impositos.

22. Puellae agallocho nigro eximioque santalo fucata membra, et capillorum nodos, ex florum elenchis bene odoros factos, habentes, nubium strepitum audiendo vespertino tempore celeriter ex amantis domo cubiculum intrant.

23. Per nubes, ut nymphaeae folium caeruleas, altas, aqua onustas, leni vento commotas, lente vacillantes atque Indri arcu instructas aufertur quasi mens uxorum in via versantium maritorum, illorum separatione vulneratarum.

24. Gaudet quasi sylva Kadambis undique florentibus; saltat quasi arboribus cum ramis per ventum concussis; risum veluti profert surculis Ketacorum, postquam illius calor ex limpidae aquae adspersione quievit.

25. Nubium copia insignis tempestas illa, amati instar in uxorum capite parat Baculorum corollam, e jasminis grandifloris, expansis novis floribus, et jasmini auriculati gemmis consertam, atque ex floridis recentibus Kadambis inaurem.

26. Gerunt in binis mammarum papillis turgentibus margaritarum strophium mulieres; tenerrima candida vestimenta in amplis coxarum globulis; limpidae porro aquae guttarum adspersione largam capillorum copiam et in ventre crinium fasciae venustatem.

27. Zephyrus, ex consortio cum purae aquae guttis refrigerationem nactus, cum arboribus florum pondere declinantibus saltans, ex Ketacorum polline adscita fragrantia spirans, abripit absentium animos.

28. „Aquae mole fatigatis nobis alte illud domicilium est", sic pluendo dicentes nubes pluvia inclinatae Vindhyum exhilarant quasi, qui per aestivi ignis flammas, admodum obnoxias, calorem perpessus erat.

29. Multis modis jucundum, mulierum mentem capiens, arborum, fruticum et lianarum amicum, aerumna vacuum, aquosum tempus illud animantibus vitam praebens, tibi indicet salutes quoquo versus exoptatas.

III. Tempestas Sarad.

1. Advenit tempestas Sarad novae nuptae instar formosa, e saccharo pallium gerens, expansis nelumbiis facie pulchra, per insanientium cygnorum vociferationem compedum strepitu jucunda, et tenerrima membra per undulantem maturescentem oryzam cincta.

2. Saccharo splendet terra, rore radiantes sunt noctes, phoenicopteris fluminum aquae, nelumbiis paludes, Saptachhadis florum pondere inclinatis sylvae et jasminis candescunt horti.

3. Flumina, mobiles nitidosque pisciculos pro zona et diademate habentia, candidarum avium in ripis commorantium serie tanquam corollis ornata, per magnas insulas femora et coxas rotundas referentia, lente procedunt hodie quemadmodum lascivientes puellae.

4. Coelum regis in modum centenis muscariis flabellatum videtur per nubes, huc illuc argenteis conchis et aureis loti fibris similes, quae pluvia dimissa cum velocitate centenis numeris procedunt, venti vigore vacillantes.

5. Furibundorum elephantorum abundantia splendens coelum jucundum; et terra, Banducorum florum polline rubicunda, atque arva, maturitatis tempore frugibus fausta, cujus in orbe terrarum juvenis animum non commovent?

6. Et cujus mentem non vulnerat Kovidarus, pulchris extensisque ramis per modicum zephyrum agitatus, florum proventu abundanter in venustis surculis pullulantibus praeditus, et nectare, ab ebriis apibus hausto, stillans?

7. Ut juvenilis virgo quotidie crescit nox, stellarum copia

fimbriatam vestem gerens, a nubium obstaculo liberatae lunae facie et luminis toga immaculata induta.

8. Flumina, per Kârandavorum rostra mobilibus coronata undis, per anserum gruumque turbas in ripis frequentata et per venusta nelumbia rubicunda, phoenicopteri clamoribus circumquaque juveni gaudium parant.

9. Pulcherrima luna, cor rapientibus radiis coronata exhilarans, frigidi roris aquam spargens, quotidie urit corpus mulierum, per telum, mariti separationis veneno imbutum, vulneratarum.

10. Aer, undulare faciens frugum ubertate inclinatum oryzae rete; ad saltationem commovens arbores eximias floribus onustas; et expansis nelumbiis densum lotorum lacum concutiens, juvenum animum violenter agitat.

11. Alvei, amorosorum cygnorum paribus ornati, limpidi floridis nelumbiis et nymphaeis vestiti, undarum vibratione per modice spirantis venti afflatum coronati, statim cor excruciant.

12. Evanuit Indri arcus post nubium pluvias, neque amplius emicat fulmen, coeli vexillum; alarum ventilatione non percutiunt aerem grues, neque elato capite coelum intuentur pavones.

13. Madanus, deserendo pavones saltationis munus deponentes, jam phoenicopteros adit suave canentes; et, relinquendo Kadambos, Kutajos, Arjunos, Sarjos et Nîpos, ad Saptachhados arbores sese convertit flores progignens Srîs.

14. Horti, jasmini florum fragrantia venusti; innumerarum avium in ramis versantium cantu resonantes; in margine commorantium dorcadum oculorum nelumbiis ornati, desiderio afficiunt virorum mentes.

15. Ventus, nymphaeas, nelumbia et lilia aquatica per breve tempus concutiens atque ex horum contactu magnam refrigerationem nactus, afflictam reddit puellam matutino tempore foliorum cuspidibus adhaerentem frigoris guttam commovens.

16. Prata, agris per faustam oryzam abundanter repletis conspicua; pulchre pascentibus eximiis gregibus splendida; cygnis et gruum turbis percantata, hominis gaudium efficiunt.

17. Per phoenicopteros superatur pergratus mulierum incessus, per nelumbia expansa oris lunae jubar; per coeruleas nymphaeas oculi voluptate tremuli et per teneras fluviorum undas vincuntur ciliorum illecebrae.

18. Fuscae lianae, palmitibus florum pondere dependentibus mulierum devincunt lacertorum ornamentis instructorum pulchritudinem et recens jasminum cum Asoci floribus conjunctum, dentium fulgoris candidi in ore ridente splendorem.

19. Comas, nigris ut densa nubes crispis antiis praeditas, novis jasminis implent mulieres et auribus, pendulis aureis elenchis insignitis, varia imponunt lilia caerulea.

20. Mulieres gaudente animo nunc sertis, santalo humidis, adornant pectoris vascula, amplamque laterum sedem variegato cingulo et pedum nelumbium aurearum compedum annulis.

21. Coelum, remotis nubibus serenum, luna et stellis impletum, jam Fortunam deam admodum formosam vehit per splendentem smaragdis gemmisque aquam fluviorum, floridis nelumbiis obtectorum et regiis cygnis frequentatorum.

22. In auctumno ex lotorum contactu venti spirant temperati; omnibus nubibus remotis coeli plagae sunt serenae; turbiditatem amisit aqua; oryzae maturitate gaudet tellus et coelum immaculatis lunae radiis splendet stellisque variegatum.

23. Manuum nymphaea insignes, amatum manu tenentes, ore lunam superantes mulieres aliae graciles, per collectos flores suavcolens domicilium intrant quasi, potentis Madani caussa symphoniae modos relinquentes.

24. Post voluptatis eximiae palpitationem, cum amicabus congressae juveniles amantes, incomparabilem hilaritatem libenter praedicando et maxima oris jucundidate adfectae per mediam noctem versantes, lusum in auctumno enarrant prae gaudio.

25. Matutino tempore per solis radios evigilatum nelumbium, praeclarae virginis ori simile, nunc ridet; nymphaea vero, lunae globo in occasum vergente, marcescit irridens quasi uxorum maritis absentibus.

26. Hoc tempore viator, oberrante mente in nymphaeis conspectis nigrorum luminum fulgorem, in ebriorum cygnorum clamoribus sonantem auream zonam et in Bandhujîvi flore labii rubicundam venustatem amatarum deplorat.

27. In mulierum vultibus disponendo lunae pulchritudinem, in ridente ore puro nymphaearum omnem felicitatem, in labiis mentem capientibus Bandhûci splendorem, quocunque sese convertit cum auctumni adventu Srîs fausta est.

28. Auctumni tempestas haec jocantis instar virginis expansi nelumbii facie, floridae caeruleae loti oculis, florente novo saccharo, candido vestimento vestita, nymphaeae pulchro risu, optimum vobis animorum gaudium commonstret.

IV. Tempestas Hemanta.

1. Frugibus nova germina agentibus jucundum, pullulantibus Lodhris, maturescente oryza, marcidis nelumbiis et cadente nive praeditum jam advenit illud hiemis tempus.

2. Delectabilibus sertis, croci colore flavis et frigido jasmino lunaeque similibus non amplius adornantur pectoris vascula jocantium mammis radiantium mulierum.

3. Non amplius in geminis lacertis lascivientium conjunguntur armilla et brachiorum ornamenta, neque natibus rotundis novum amiculum, nec tenue pectorale protuberantibus mammis imponitur.

4. Non pulchris cingulis, auro margaritisque variegatis latera circumdant foeminae, neque compedibus, cygni tinnitum superantibus, pedum nymphaeas, lilium aquaticum splendore vincentes.

5. Membra jam illinunt pulvere fragrante; vultus nelumbia condecorant fuco, et capita agallocho nigro perfumigant ad amoris festum uxores.

6. Voluptatis consummatione tritae, perpallidisque genis et gaudii felicitatem adeptae, graciles mulieres paullulum subrident, labia dentium acumine fissa, dolore adfecta videntes.

7. Per cadentem pruinam, graminis cuspidibus adhaerentem, matutino tempore ingemit quasi hiems, visitando illam turgentibus mammis ac femorum sede feliciter ornatam, cujus tormentis dolore vexata est.

8. Prata, prodeuntibus oryzae stirpibus plena, dorcadum foe-

mellarum gregibus ornata, delectabilium Kraunchorum cantu resonantia desiderio adficiunt mentem.

9. Lacus, aqua pura plantisque aquaticis gaudentes, floridis caeruleis nymphaeis splendentes, per turdos et Kâdambos frequentati mentes rapiunt virorum.

10. Seges ad maturitatem vergens, per ventos nivis casu frigidos semper concussa, pallorem adsumit, o amica, ut uxor amabilis a marito disjuncta.

11. Amantes, florum succi fragrantia bene odorum os habentes et membris, per suspiriorum adflatum suaveolentibus, corporibus se invicem adfigentibus decumbentes, dormiunt Cupidinis telo saucii.

12. Per labia, dentium notis insignita et mammas unguium fissuris striatas vehemens juvenilium mulierum Veneris exercitatio designatur.

13. Sole oriente pulchra quaedam, speculum manu tenens exornat sibi oris nelumbium, et labium, cujus succus per dilectissimum exhaustus, dentium acumine fissum haud curans observat.

14. Aliae, corpore per voluptatis lusionis fatigationem fractae, binos oculos per noctis vigiliam rubicundos, et tremulos ac confusos comarum nodos habentes, in cubiculis somnum adeunt, temperati solis radiis calefactae.

15. Aliae vero delicatulae puellae comae ornatum curant, immaculatam vittam, grata fragrantia circumfusam, in capite disponendo, nubi nigrae similibus capillorum antiis insignitae et membris tenerrimis, tumidarum altarumque mammarum mole inclinatis, incedentes.

16. Alia, corpus quo gravisus est amicus, inspiciendo, gaudio plena, ornatorum labiorum rubore pulchra, novum vestimentum induit, sese incurvans et cunctando per dissolutos cincinnos oblique circumspiciens.

17. Aliae denique mulieres, paullatim per voluptatis lusionis fatigationem dolorem nactae, membris tenerrimis languidiores factae et compressis amplis femoribus mammisque molestatae, unctionem pergratam instituunt.

18. Haec frigore conjuncta tempestas, multis modis delectabilis, mulierum mentem capiens, matura atque abundante oryza vicorum arva confundens, cadente nive insignis, gruum clamore introducta, indicet vobis felicitatem.

V. Tempestas Sisira.

1. Jam tempus Sisira nuncupatum audi, o formosum femur habens, provectae oryzae copia terram obtegens, somno surrectorum Kraunchorum cantu pulchrum, ad amorem exoptatum, mulieribus amantibus gratum.

2. Clausis fenestris domus intima, ignis, solis radii, gravia vestimenta et juveniles virgines hoc tempore concurrunt ad amantis honorem.

3. Nunc neque santalum lunae radiis refrigeratum, nec domus tectum auctumnali luna candescens, nec venti multa nive frigidi, hominis mentem exhilarant.

4. Noctes, per nivem largiter cadentem gelidae lunaeque insuper radiis frigidae factae, et pallidarum stellarum multitudine venuste indutae, non sunt ab amante colendae.

5. Adsumtis betele, unguento et sertis, florum succi fragrantia oris nelumbium saturantes et pergrati nigri agallochi odore suaveolentes, intrant cubiculum desiderantes mulieres.

6. Impetuosae uxores, videndo maritos offensionis reos, saepe reprehensos, trementes, timore pusillanimos, voluptatem appetentes, offensionis oblitae sunt.

7. Per exoptatas cupiditates et voluptates vehementer ac diu in longis noctibus perquam excruciatae, nova juventute gaudentes uxores circa noctis finem lente obambulant, lassitudine dolentibus femoribus praeditae.

8. Pectus nitida tunica comprimentes, colorato serico investientes femora et flores comis internectentes, mulieres decorant quasi hiemis adventum.

9. Per lascivientium foeminarum mammas, croci colore fuscas, feliciter colendas, nova juventute turgentes, exhausti pectore juvenes lavant se, de frigore haud solliciti.

10. Vinum, per suaveolentem halitum tremulae loto simile, mentem capiens, Cupidinis desiderium expergefaciens, temulentum, optimum, in noctibus hilares cum amatis bibunt mulieres.

11. Die exorto mulier una, extincta voluptatis libidine, per mariti compressionem tumidas factas mammarum papillas habens; ipsius corpus, quo dilectissimus fruitus est, inspiciens, ex cubiculo evadit vestem post se trahens.

12. Concutiens comam, agallochi fragrantis suffitu ornatam, florum serto destitutam, crispas antias habentem, amans puella, gravibus natibus et profundo umbilico insignis, statura pulchra, amore splendens, vel matutino tempore dormitoriam vestem relinquit.

13. Labiis pulchris rubicundis, ut aurum et nelumbium splendentibus; luminibus ad auris lobum protensis, rubicundos angulos habentibus; vultibus lunae similibus et capillis in humeros dependentibus, mulieres aliae nunc matutino tempore in gynaeceo commorantur veluti Fortunae deae.

14. Amplarum coxarum pondere vexatae, statura paullulum vacillantes, sensim sensimque uberum molis lassitudinem experiuntur delicatulae illae, et nuperam voluptatis temporis togam nocturnam deponendo, vestem adsumunt diei convenientem.

15. Unguium notis insignitas mammarum papillas videntes, labellorum surculi margines dentibus fissos tangentes et honoratissima fragrantia fucantes, juveniles foeminae solis ortus tempore faciem exornant.

16. Sisiri tempestas haec, eximii sacchari mutationem efficiens, dulci oryza et arundine saccharifera pulchra, permagnae voluptatis lusum praebens, in amore versantis calorem incitans et puellarum, ab amatis relictarum, mentem excrucians, vobis semper saluti sit.

VI. Tempestas Vasanta.

1. Veris pugnator adiit, o amata, ex florentis Mangiferae surculis acuta tela gerens, apum linea instructam arcus chordam tenens ad animos in amore versantium findendos.

2. Arbores florentes, aqua nelumbiis plena, mulieres cupidine adfectae, zephyrus suaveolens, felices vesperae et dies jucundi: omnia verno tempore, o amica, sunt pulcherrima.

3. Per lacuum undas gemmis cinctas, per lunae splendori si-

miles puellarum turbas et per Mangiferas floribus incurvatas venustatem largitur verna tempestas illa.

4. In mammis gratiosarum serta, candido santalo humida; in oribus betele fragrantem halitum et in lateribus cingula habentes procedunt absque timore ad Anangi felicitatem.

5. Amiculis sericis, auri colore rubris, adornantur lascivientium nates rotundae, et tenuibus pectoralibus, croci colore flavis, pectoris vascula.

6. In auribus selectum Karnicârum, in capillis nigrisque nodis Asocum et in verticibus florentia nova jasmina gerentes, mulieres eunt ad amici connubium.

7. Finito gaudio, in unguento delibatis ludentium foeminarum vultibus, aureo nelumbio similibus, diffunditur emanans sudor, margaritarum in modum formatus.

8. Relaxantes vinculis soluta membra, per Kandarpum confusa, vel desiderio trepidant uxores, etsi cupidi amantes propinque versantur.

9. Attamen macera, pallida, tremebunda, quovis momento oscitationi dedita Anangus iste reddit corpora uxorum turbae, quarum absentes sunt mariti.

10. Anangus nunc multis modis commoratur: tremulus in mulierum oculis vino languidis, in genis pallidus, in mammis durus, in statura curvus, in natibus crassus.

11. Corpora semper somno languida, loquelam quodammodo vino titubantem et lumina obliquis ciliorum jactibus spectantia Cupido mulieribus tribuit.

12. A foeminis voluptate lassatis, in mammarum pulchras pa-

pillas unguenta ex Priyangu, Kâliyaco et croco delibantur, et santalum, musco conjunctum, illinitur.

13. Gravia vestimenta celeriter deponendo amantes, Cupidinis telo sauciae, corpora laccae succo tingunt et suaveolente nigro agallocho perfumigant.

14. Kokilus mas, ex Mangiferae succo ebrius, ille amatae os cum voluptate osculatur; et vel ipse susurrans apiculus, in nelumbio sedens, amatae blanditur amans.

15. Mangiferae arbores, foliorum cupreorum fasciculis pendulae, floridis pulchris ramis praeditae, vento commotae, o amata, menti mulierum desiderium injiciunt.

16. Conspectì Asoci, radicitus corallorum colore fusci, surculis conjunctam florum copiam gerentes, aerumna afficiunt cor juvenilium foeminarum.

17. Quando adspiciuntur teneri Atimukti calices cum pulchris floribus, quos ebriae circum osculantur apes, et cum palmitibus venustis et gracilibus, per modicum ventum contortis, statim amantium mentibus desiderium procreant

18. Amatae oris nitorem superantium, subito prodeuntium, Kuruvaci arboris spicarum eximiam venustatem videndo, o amata, mens viri, ab amatissima relicti, Kandarpi telorum copiis sane concutitur.

19. Et terra, verno tempore aggresso cum Pârijatis, splendenti flammae similibus, et ubique Kinsuci sylvis, floribus onustis, rubra veste induta, ut nova nupta, statim elucet.

20. Nonne per Kinsucos, psittacorum oris nitorem referentes, mens juvenum satis inflammatur, nonne per Karnikâri flores exhilaratur, quod illam insuper Kokili illi suavibus cantibus semper rapiunt, o pulchra?

21. Per Kokilos masculos, alta voce canentes, hilaritatem nactos, virorum sermones delirare incipiunt et statim quoque uxorum verecundia plenum ac modestum cor in gynaeceo confunditur.

22. Undulare faciens floridum Mangiferae ramum, diffundens cuculi querelas per regiones, post pruinae cadentis abitum faustus, verno tempore spirat ventus, hominum corda rapiens

23. Jasminis, ut pulchrae virginis risus candidis, condecorati mentem capientes horti vel sancti viri animum, cupiditate liberatum, rapiunt, quanto magis virorum mentes, cupidine maculatas.

24. Mulieres, pendulo aureo cingulo ornatae, mammas serto constrictae, corpore tenerrimo per Kandarpi calorem languidiores, mense Madhu inter suaves Kokili et apum gemitus violenter abripiunt corda virorum.

25. Videndo montes, quorum vertices largiter venustis floridis arboribus florent, quorum planities lactis cuculorum turbis ornatae, quorumque petrosa cacumina apum examinibus sunt involuta, omnes homines exsultant.

26. Adspiciendo florentes Mangiferae arbores, oculis connivet, flet, ad stuporem rapitur, nasum manu obstruit et alte clamat amans, cujus mentis conditio per separationem ab amica in dolore versatur.

27. Per ebriarum apum et Kokilorum cantus, per floridas Mangiferas et Karnikâros venustos tanquam per tela peracuta, Florijaculus mentem foeminarum amantium concutit ad amoris flammam incitandam.

28. Floridas Mangiferas arbores, rubri auri instar fulgentem flosculorum pluviam spargentes, leni vento concussas,

averso vultu conspiciens in via exsul, Madani telis perquam perforatus, in confusionem rapitur, etsi corpore fatigatus.

29. Per hilares Kokilorum ingemiscentes cantus jam ver devincit foeminarum suavem loquelam, ridentium dentium nitorem per splendentes jasmini flores et manuum surculorum venustatem per ramos, corallorum splendore similes.

30. Per ora, auro et nelumbio radiantia, pallidis genis praedita; per mammarum papillas, pulchro serto cohibitas, santalo humidas; per luminum jactus, a Madano languorem nactos, gratia plenos, vel ipsum austerum ad amorem incitant verno tempore mulieres.

31. Nectare fragrans oris nelumbium; bini oculi cum tremulis pupillis; pulchra coma, novis Kuruvacis impleta; pergrave mammarum par et denique coxarum globus: dic annon hoc tempore omnia haec mulierum sint venusta.

32. Saltitant corda sentientium hominum per zephyros, floridis Mangiferis bene odoros factos; per gemitus cuculi, amore confusi, et per melliferi susurrum auribus gratum.

33. Amoenum vesperae tempus, plenae lunae splendores, Kokili masculi querela, ventus suaveolens, ebriarum apum turbae susurrus, vini potio per noctem: haec omnia sunt satellites floribus armati Amoris.

34. Madano gratus florum adventus, ex fuscis Asocis labiorum nectare stillans, ebriarum apum susurro conjunctus, candidis ut jasmini sertum dentibus abundans, expansi nelumbii facie formosus, modico zephyro per Mangiferae fragrantiam bene odoro spirans et Amoris sacrificio inserviens agallochum praebens, vobis commonstret salutem in seculi finem durantem.

Interpretatio Germanica.

I. Der Sommer.

Mit Sonnenglut und mildem Mondesschimmer,
Mit Strömen, aufgeregt vom kühlen Bad';
Am Abend schön und mit gedämpftem Sehnen
Ist, Freundin, nun die Sommerzeit genaht.

2.

Ein wasserkühles, flimmerndes Gewölbe,
Die Nächte glänzend mit des Mondes Schein,
Juwelen sind bereit und feuchter Sandel
Dem Menschen ihren Liebesdienst zu weihn.

3.

In herrlichduftendem Gemache laben
Sich nun die Liebenden um Mitternacht
Am Weine, kräuselnd von der Gattin Odem,
Wenn Sang und Spiel die Sehnsucht angefacht.

4.

Den Seidengurt um runde Hüft' geschlungen,
Mit Perlenschnüren ihre Brust geschmückt,
Und in den Locken Wohlgerüche, haben
Die Schönen ihres Freundes Herz entzückt.

5.

Bei jedem Schritte klirrt die goldne Spange
Am zarten Fuße, der von Schminke glüht,
Wie des Flamingo Liebesruf ertönet,
Und Sehnen füllt des Liebenden Gemüth.

6.

Denn wessen Sinne würden nicht gefesselt,
Wenn Sandelduft den schönen Busen kühlt;
Wenn um das Haar ein Blumenkranz gewunden,
Ein goldner Gürtel um die Hüfte spielt?

7.

Nun flugs die Hochgebrüstete gelöset
Die schweren Kleider und den Busenflor,
Umschlingen sich die jugendlichen Glieder
Und zarte Tropfen perlen dran hervor.

8.

In Lüften die mit Wohlgerüchen fächeln,
Durch Perlenschnur um runde Mädchenbrust,
Bei Vogelsang und bei der Laute Klängen
Erwacht aus ihrem Schlummer Liebeslust.

9.

Der Mond erschaut im glänzenden Gemache
Der holden Jungfrau schlummerndes Gesicht;
Er will beschämt vor Eifersucht vergehen
Und schwindet blaß dahin im Morgenlicht.

10.

Der Pilger, dem die Trennungsschmerzen brennen,
Hat kaum den Boden unter sich erkannt:
Denn ausgedörret von der Sonne Gluten
Umhüllen Staub und Wirbelwind das Land.

11.

Nach Wasser eilt die durstende Gazelle,
Vor Hitze glühend und mit trocknem Gaum,
Wenn, ähnlich einem trunknen Elefanten,
Gewölk erscheint am fernen Waldessaum.

12.

Die Schlange, von der Sonne Strahl durchglühet,
Im brennendheißen Staube hingestreckt,
Hat endlich seufzend sich herangewunden
Wo schattig sie der Schweif des Pfauen deckt.

13.

Der Löwe keucht mit durstigwundem Rachen,
Verfolget nicht den Elefanten mehr;
Der kühne Muth ist ihm dahingeschmachtet,
Die Mähne starrt, die Zunge zittert schwer.

14.

Der Elefant, von heißem Durst getrieben,
Und aufgezehret von der Sonne Glut,
Er schlürft mit trocknem Rüssel Thaustropfen,
Ist unbekümmert um des Leuen Wuth.

15.

Der Pfau, an Körper matt und sinnverwirret
Durch Strahlen, die wie Opferfeuer glühn,
Verschonet nun die hingestreckten Schlangen,
Die unter seines Schweifes Schatten fliehn.

16.

Der Eber wühlet mit des Rüssels Scheibe
In Ried und gelben Schlamm des Sumpfes ein
Und mögte ganz sich in die Erde graben,
Zum Schutze vor der Sonne Flammenschein.

17.

Getroffen von dem strahlbekränzten Gotte,
Entspringt der Frosch des trüben Teiches Schlamm,
Und flüchtet müde sich zu einer Schlange,
Die ausgebreitet ihren Schattenkamm.

18.

Ihr aber ist das Stirnjuwel gespalten,
Vor Sonnenglut ihr Inneres verzehrt;
Sie züngelt gierig nur der Luft entgegen
Und läßt die nahe Beute unversehrt.

19.

In einem Netz von Lotusfibern hangen
Betäubte Fische und der Kranich flieht:
Denn Elefanten stampfen in dem Teiche
Bis er dem dicken Schlamme ähnlich sieht.

20.

Mit welker, schaumbedeckter Lippe stürzet
Aus Bergeskluft die Büffelschar hervor;
Die Zunge hängt ihr glühend aus dem Munde,
Nach Wasser schaut der wilde Blick empor.

21.

Es hat verheerender Waldbrand das junge Gras verdorrt,
Und heftig treibt die Windsbraut die trocknen Blätter fort;
Ringsum sind die Gewässer versiegt in jedem Teich,
Entsetzen erwecken die Haine, noch jüngst so blüthenreich.

22.

Auf Bäumen mit welken Blättern erseufzt der Vögel Sang,
Die müden Affen schleichen sich an dem Berg' entlang;
Es wandern die Büffelscharen und schau'n nach Naß empor
[illegible] des Brunnens Tiefe schlürft ein Phalänenheer.

23.

Mit Windesſchnelle getrieben umarmt die Feuerglut
Der Bäum' und Sträuche Wipfel, verzehret mit raſcher Wuth,
Da ſpringen die rothen Funken als würde von Ort zu Ort
Zinnober und Saffranblüthe geſtreuet fort und fort.

24.

Und aus der Berge Spalten brauſt Sturmgeheul hervor,
Es tönt ein helles Pfeiffen im trocknen Bambusrohr;
Dann fließt im Nu die Flamme hernieder in die Schlucht
Und ſcheuchet die Schar des Wildes empor zur raſchen Flucht.

25.

Und wenn in Baumwollſtauden das Feuer nun ſtärker loht,
So dringt aus Baumesritzen die Flamme wie goldnes Roth;
Sie ſpringt mit Zweig und Blättern von Aeſten hier und dort
Und raſ't, vom Winde getrieben, im Walde weiter fort.

26.

Leu, Elefant und Büffel, verſcheucht von Glut und Dampf,
Sie gehen wie Freunde beiſammen und denken nicht an Kampf:
Aus branderfülltem Walde ſieht man ſie ängſtlich fliehn
Und in die feuchte Niedrung zu Inſelgründen ziehn.

27.

Doch wer an Lotusschimmer und Pâtaladuft sich letzt,
Des Hauses hohen Söller mit frischer Kühlung netzt,
An Sang und Scherz sich labet mit der Geliebten vereint,
Dem schwinde des Sommers Hitze wenn hell der Mond erscheint.

II. Die Regenzeit.

Auf des Gewölkes Elefant getragen
Kommt, Fürsten gleich die milde Regenzeit,
Den Blitz zur Fahne, mit des Donners Pauke
Verkündet sie die Freude weit und breit.

2.

Gleich eines dunklen Lotus blauem Schimmer
Hat rings mit Wolken sich die Luft umhüllt,
Die bald wie Frauen Zwillingsbrust erglänzen
Und bald wie eines Elefanten Bild.

3.

Die Wolken ziehn mit ihrer Last hernieder,
Begleitet von der durst'gen Vögelschaar;
Mit ohrentzückendem Getöne spenden
Allmälig sie den reichen Segen dar.

4.

Doch wenn des Indra Bogen blitzgestaltet
Mit lautem Donner im Gewölke schwirrt,
Und scharfe Regentropfen niederfallen,
Wird schnell des müden Pilgers Herz verwirrt.

5.

Mit Gräserkeimen, gleich Juwelenschimmer,
Und Pilzen hat die Erde sich bekränzt;
Hat sich geschmücket mit des Glühwurms Funken,
Wie an der Schönen Hals Geschmeide glänzt.

6.

Den Strahlenschweif in Fülle ausgebreitet,
Beginnt den muntern Tanz die Pfauenschaar,
Und zärtlich bringet sie zum Liebesfeste
Genuß und Kuß dem treuen Buhlen dar.

7.

Die wilden Ströme, gleich den losen Mädchen,
Ergreifen liebelüstern wie im Nu
Die Uferbäume, welche ringsum taumeln,
Und eilen rasch dem Oceane zu.

8.

Die Wälder kleiden sich mit goldnen Knospen,
Daß sich der Geist an ihrer Pracht ergötzt;
Das junge Gras entkeimt mit spitzen Blättern,
Daß sich der Hindin weicher Mund verletzt.

9.

Wenn rund umher die waldbekränzten Ufer
Mit schüchternen Gazellen sich geschmückt,
Die mit den großen Lotusaugen zittern,
So wird des Menschen Herz darob entzückt.

10.

Wenn scharf die Wolken in der Höhe donnern
Und finsteres Gewölk die Nacht umhüllt,
Erhellen Blitze nur der Frauen Pfade,
Wenn sie zum Gatten eilen lieberfüllt.

11.

Wie laut der Donner in den Lüften rollet,
Vergißt die Liebende mit wirrem Sinn
Des frühern Haders ganz und schmieget ängstlich
Sich inniger dem Auserwählten hin.

12.

Doch Kranz und Schmuck und Salbenduft verschmähen
Sie, deren Herz von Trennungsschmerzen wund;
Aus ihren Lotusaugen fallen Tropfen
Hernieder auf den Bimbablüthenmund.

13.

Der Waldstrom windet seine bleichen Wogen,
Mit offnem Schlund der Schlange gleich daher,
Gefleckt mit Spreu, Insekten oder Staube,
Daß drob erschrickt der Frösche banges Heer.

14.

Die Biene läßt mit fröhlichem Gesumme
Der Lilie volle Freudenkelche stehn,
Um auf des Pfauen Räderschweif zu fallen,
Den sie bethört für Lotus angesehn.

15.

Und um des Elefanten Lotusstirne
Hat sich die muntre Bienenschar gehäuft;
Da wuthentflammet von den Donnerwolken
Ein brünstig Naß ihm von der Wange träuft.

16.

Entzückend sind die Berge anzuschauen
Wenn ihren Gipfel das Gewölke küßt,
Wenn rings herab die Ströme niederwallen
Und tanzend sie die Pfauenschar begrüßt.

17.

Der Zephyr streifet über Blüthenbäumen
Und kühlet sich in feuchter Wolkenluft;
Dann schüttelt er mit leisem Hauch die Zweige
Und fächelt uns mit frischem Blumenduft.

18.

Mit Locken die bis auf die Hüfte wallen,
Mit Blumen duftig an das Ohr gesteckt,
Mit Mundeswohlgeruch und Busenkränzen
Wird nun des Jünglings Sehnen aufgeweckt.

19.

Doch härmet sich des fernen Pilgers Seele,
Wenn das Gewölke regenschwer sich neigt
Mit Blitzesranken und des Indra Bogen,
Und eine Jungfrau sich im Schmucke zeigt.

20.

Nun haben Frauen in die Locken den Kranz gewunden
Von jungen Kesara, Ketaki und Kadamba;
Am Ohreszipfel eine Arjunadolde schwanket,
Dem Ohre zierlich als Gehänge hineingefüget.

21.

Von schönem Sandel und des Aloe Dunkel glänzend,
Die vollen Locken vom Gewinde des Ohres duftend,
Sieht man sie Abends aus der Kammer des Freundes eilen
Zum Schlafgemache, wenn der Wolke Getön vernommen.

22.

Doch schwebet in Lotusbläue mit reichem Wasser schwer,
Vom Winde sanft getragen die Wolke näher daher
Und senket sich zur Erde mit Indra's Bogen schön,
Dann seufzet des Pilgers Gattin und will vor Schmerz vergehn.

23.

Der Hain iſt über die Blüthen der Bäume wie hocherfreut,
Und tanzet mit den Zweigen im Winde weit und breit;
Er ziſchelt mit den Knoſpen der Ketaki nun und ſpielt,
Da ihm der friſche Regen die innre Glut gekühlt.

24.

Ins Haar den Kranz gewunden von Bakula und Jasmin,
Von Knoſpen die mit Düften zur Wolkenzeit erblühn
Und mit Kadambaſproſſen geringelt am ſchönen Ohr,
So tritt in ihrem Schmucke die junge Braut hervor.

25.

Sie trägt an ſchwellenden Brüſten ein knoſpend Perlenband,
Es wallt von ihren Hüften ein zartes Prachtgewand;
Von friſchen Duftestropfen die dunkle Locke träuft
Und an dem ſchönen Leibe der Faltengürtel ſtreift.

26.

Der Zephyr nimmt gefangen des Wandernden Gemüth
Wenn, von der Wolke gekühlet, er durch die Wälder zieht,
Er ſchaukelt wie ein Tänzer die Bäume von Blüthen ſchwer
Und ſtreut der Ketaki Düfte mit Blumenſtaub einher.

27.

Es spricht die müde Wolke: hier oben sind' ich Ruh!
Und träufelt in linden Schauern den Vindhyabergen zu;
Legt nieder die schwere Bürde, und wo sie ausgeruht,
Erquickt sie das Gebirge nach schwüler Sonnenglut.

28.

Die mannigfach erheitert der Frauen Herz und Sinn,
Der Bäume, Gesträuch' und Stauden getreue Trösterin:
Sie möge dir Glück verkünden die schöne Wolkenzeit,
Die Alles was da lebet mit ihrem Hauch erfreut.

III. Der Herbst.

Es nahet sich im bräutlichen Gewande
Mit vollem Lotusmund die Herbstesteszeit,
Im Schmuckgeklingel girrender Flamingo's;
Von Reis und Zucker wogt ihr buntes Kleid.

2.

Der Zucker glänzt, von Thau die Nächte strahlen,
Die Bäche sind mit Schwänen eingefaßt,
Geweißt die Gärten mit Jasmingesträuchen,
Die Haine schwanken von der Blumenlast.

3.

Die Ströme schaukeln wie verliebte Mädchen,
Forellen blinken wie Geschmeid' hervor;
Die runden Inseln strotzen gleich den Hüften,
Am Ufer kränzet sie der Vögel Chor.

4.

Wie Silbermuscheln gleitet das Gewölke
Und bald wie Lotusfäden fein und zart;
Es hat des schweren Wassers sich entladen
Und fächelt nun die Luft nach Fürsten Art.

5.

Wenn sich mit Blumenstaub der Boden röthet,
Wenn Elefanten gleich die Wolke zieht,
Mit reicher Frucht die Felder sich bekleiden,
Da freuet sich ein jugendlich Gemüth.

6.

Wenn Kovidara seine Aeste schaukelt,
An jedem Zweig mit Blüthen eingehüllt;
Wenn trunkne Bienen seinen Honig nippen
Da wird mit Sehnen Aller Herz erfüllt.

7.

Es wird die Nacht gleich einer Jungfrau schlanker,
Ihr Mieder strahlt mit einem Sternensaum;
Der wolkenfreie Mond ihr klares Antlitz
Und ihr Gewand des reinen Lichtes Raum.

8.

Die Flüsse von Nymphäen hoch geröthet
Ertönen freudig mit Flamingosang;
Es kränzen ihre Wellen Entenhäupter
Und Kranichscharen wandeln dran entlang.

9.

Doch täglich brennt der Gattin Schmerzenswunde,
Wenn sie der Trennung gift'ger Pfeil verletzt;
Brennt stärker nur beim Strahlenkranz des Mondes
Und bei dem Thau der kühl herniedernetzt.

10.

Und mächtig wird des Jünglings Herz erschüttert
Wenn von der Luft das Reisgefilde schwankt;
Wenn dort die schweren Blüthenbäume tanzen,
Im Lotusteiche die Nymphäe wankt.

11.

Geschmückt mit Paaren zärtlicher Flamingo's
Erfüllt der klare Strom die Seele ganz;
Er kleidet sich in Lotus Purpurblüthe
Und Zephyr kräuselt seinen Wellenkranz.

12.

Verschwunden ist des Himmels Blitzesfahne
Und Indra's Regenbogen hoch und hehr:
Des Kranichs Fittig fächelt nicht die Lüfte,
Die Pfauen recken ihren Hals nicht mehr.

13.

Denn diese ruhen aus von ihrem Tanze
Und Kamas folget der Flamingo Sang;
Zu neuerblühenden Gesträuchen wandelt
Die Blumengöttin nun den Wald entlang.

14.

Die Haine können jedes Herz entzücken,
Wenn sie durchströmt vom Dufte des Jasmin;
Wenn Vogelsang von allen Zweigen tönet,
Gazellen mit Nymphäenaugen glühn.

15.

Wenn plötzlich dann der Wind mit leisem Beben
Und kühlem Hauche über Lilien zieht,
Vom klaren Thau des Baumes Blätter glänzen,
Bekümmert sich der Jungfrauen Gemüth.

16.

Die Flur mit Reisgefilden rings umgürtet,
Mit schönen Heerden überall geschmückt,
Von Kranich- und Flamingoruf durchtönet,
Hat so mit Wonne jedes Herz entzückt.

17.

Von Schwänen wird der Frauen Schritt besieget,
Des Mundes Röthe von Nymphäenglanz,
Das trunkne Auge von der Lilien Bläne,
Die Braue von des Flusses Wellenkranz.

18.

Wetteifernd mit dem Schmucke schöner Arme
Sieht man Lianen überall erblühn,
Und wie der Zähne Schmelz durch rothe Lippen,
So lächelt durch Asoka der Jasmin.

19.

Die Mädchen winden frische weiße Blumen
In's dunkle Lockenhaar mit heiterm Sinn,
Und stecken an das Ohr mit Goldgehängen
Die neuerblühte blaue Lilie hin.

20.

Sie kämpfen unter sandelfeuchten Kränzen
Erfreut mit ihres hohen Busens Drang;
Sie legen Gürtelschmuck um ihre Hüfte
Und an den Lotusfuß die goldne Spang'.

21.

Es schwebet wundergestaltet die Segensgöttin her,
Von reiner Luft getragen, mit Mond und Sternenheer;
Sie ruht auf dem Gewässer, das in Juwelenpracht
Von königlichen Schwänen und Lotusblüthen lacht.

22.

Nun wehet mit Lilienschwanken der Zephyr Kühlung zu,
Die Wolken sind verschwunden, der Himmel athmet Ruh;
Das Land bringt reife Saaten, die Ströme fließen rein,
Der blaue Aether funkelt mit Mond und Sternen drein.

23.

Manch jugendliche Schöne von ſanftem Mondgeſicht
Bekümmert ſich um den Reihen der Sängerinnen nicht:
Sie eilt mit Liebesſehnen ins blumige Duftgemach
Und zieht an Lilienhänden den Auserwählten nach.

24.

Dann kehret ſie fröhlich wieder zu der Geſpielinnen Schar
Und wird es bald verrathen wie ſüß die Wonne war;
Denn ſieh' es ſtrahlt Entzücken noch um den ſchönen Mund,
Und was die Nacht verborgen, macht ſie vor Freude kund.

25.

Vom Strahle des Tagebringers der Lotus neu erwacht,
Wie ſchöner Jungfrauen Antlitz mit holdem Glanze lacht;
Doch neiget ſich die Lilie ſobald der Mond entflohn,
Als ſpräche ſie dem Leide getrennter Gatten Hohn.

26.

Der liebende Pilger klaget von Sehnen ganz verwirrt,
Er wähnet Spangengetöne wo der Flamingo girrt;
Hält Bandhujiva's Blüthen für Lippen roth und ſchön
Und glaubt im Lilienkelche der Theuren Aug' zu ſehn.

27.

So hat die Segensgöttin mit Gaben den Herbſt erfüllt;
Sie ſpiegelt in Frauenantlitz ſich mit des Mondes Bild,
Sie lächelt im ſchönen Munde ſo wie der Lotus ſtrahlt,
Und wie Bandhukablüthe ſie roth die Lippen malt.

28.

Sie hat wie eine Geliebte mit Blüthen ſich beſtreut,
Mit Blumenmund und Augen, geſchmückt mit weißem Kleid;
Sie naht mit Lotuslächeln um Freuden zu verleihn:
Drum kehre des Herbſtes Wonne in eure Herzen ein.

IV. Der Winter.

Es ist die Winterzeit herangekommen,
Die Feige knospet, zeitig wird der Reis,
Am zarten Halme volle Aehren prangen,
Doch welkt der Lotus von des Reifes Eis.

2.

Nun schmücken ferner sich die holden Frauen
Mit frischen Kränzen von Jasmin nicht mehr;
Sie winden keine duftende Guirlande
Zur Kühlung um den hohen Busen her.

2.

Sie legen jetzt um ihre schlanken Arme
Sich weder Spangenschmuck noch buntes Kleid;
Kein dünner Flor wird um die Brust geschlungen,
Nicht wallet um die Mitt' ein zart Gewand.

4.

Nicht mehr der goldne Gürtel mit Juwelen
Und Perlenglanz die runde Hüft' verschönt;
Nicht mehr, wie des Flamingo helles Girren,
Der Knöchelring am Lotusfuße tönt.

5.

Zum Freudenfeste reiben sich die Schönen
Mit gelbem Sandelstaube rein und klar;
Durchwürzen sich den Mund mit Wohlgerüchen
Und räuchern dunklen Aloe in das Haar.

6.

Dann kehren sie mit blassen Wangen wieder
Vom Liebesmahl ermüdet und entzückt,
Und lächeln schelmisch daß auf ihren Lippen
Der Zähne Mal des Buhlen eingedrückt.

7.

Der Winter seufzet unter Gräserknistern,
Da kalter Reif ihr Blatt erstarret hat,
Wenn er mit Liebesschmerz am frühen Morgen
Der hochgebrüsteten Geliebten naht.

8.

Des Menschen Herz erwacht zu neuer Wonne,
Wenn fern des muntern Kranichs Ruf ertönt,
Das Feld mit jungem Reise sich bekleidet
Und mit Gazellenheerden sich verschönt.

9.

Wenn rings von der Nymphäen Purpurfülle
Die schöne Fläche der Gewässer glüht;
Wenn Vögelscharen ihre Fluth durchschneiden,
Erfüllet sich mit Freuden das Gemüth.

10.

Wie sich die Gattin um den Fernen grämet,
So bleichet allgemach die reife Saat,
Weil sie vom Windeshauche ward geschaukelt,
Den Schneegestöber durchgekältet hat.

11.

In ihren Armen eingeschlummert, ruhen
Die Liebenden, von Kama's Pfeilen wund;
Es duften um sie her der Liebe Seufzer,
Denn Blumenwohlgerüche haucht der Mund.

12.

Doch unter Schmerzenswunden ward erkämpfet
Vom jungen Paar der Liebe Hochgenuß,
Denn heftig prägten sich der Zähne Spitzen
Den zarten Lippen ein mit heißem Kuß.

13.

Ein schlankes Weibchen hat den Spiegel zur Hand genommen
Am frühen Morgen des Gesichtes Nymphäe zu schmücken;
Beschaut die Lippen, deren Honig der Freund getrunken,
Und sieht die Narben, von den Zähnen hineingeritzet.

14.

Und Andre dorten, die der Taumel der Lust ermüdet,
Mit mattem Auge, das vom Wachen der Nacht sich röthet,
Gehn nun zur Ruhe mit des flatternden Haares Fülle,
Aufs weiche Lager, wo der sonnige Strahl sie wärmet.

15.

Noch andre Schönen, die mit schwellenden Busen schwanken,
Beginnen emsig das geringelte Haar zu schmücken,
Und Perlenschnüre mit des lieblichen Weihrauch Düften
winden zierlich ihres wolkigen Haares Dunkel.

16.

Hier ſchauet Eine, mit dem röthlichen Munde lächelnd,
Auf ihre Reitze, die ſo eben den Freund gefeſſelt;
Das Haar gelöſet und mit ſchämigen Seitenblicken
Hüllt ſich die Glieder in ein neues Gewand die Schlanke.

17.

Und Andre wieder, von der Fülle der Bruſt gebogen,
Sind liebeskränker nach dem tändelnden Spiel geworden;
Sie ſchleichen ſchmachtend und ermüdet ſich nun von dannen
Des Leibes Ranken ſich mit duftendem Oel zu ſalben.

18.

So möge das Glück euch werden zur ſchönen Winterzeit,
Die über Feld und Fluren des Reifes Segen ſtreut;
Die lieblicher Frauen Herzen ſo mannigfach verſchönt
Wenn draußen der Reif gefallen und Kranichruf ertönt.

V. Die Thaueszeit.

Vernimm, o Schöne, welche Freudenwonne
Nunmehr die Zeit des kühlen Thaues bringt,
Wenn noch das Feld mit reifem Reise woget
Und aus dem Schlaf erwacht der Kranich singt.

2.

Es freuen nun die jugendlichen Gatten
Am Feuer sich und mildem Sonnenschein;
Doch schließen sie des Schlafgemaches Fenster
Und hüllen sich in warme Kleider ein.

3.

Kein Sandel, von der feuchten Nacht gekühlet,
Kein Söller mit des vollen Mondes Schein
Und keine Lüfte, die der Schnee gekältet,
Anjetzt der Liebenden Gemüth erfreun.

4.

Es hat der kalte Reif die Nacht befallen
Und darum locket sie die Menschen nicht;
Des Mondes Glanz ist selber kühl geworden,
Mit blassen Sternen strahlt sein Angesicht.

5.

Zur stillen Klause ziehn die muntern Frauen,
Mit Weihrauchduftendem Gewand' umschürzt,
Mit Betel, Perlenschnur und Salbenschminke,
Den Lotusmund von süßem Wein durchwürzt.

6.

Wenn um Versöhnung dann der Gatte stammelt
Wo er gefehlt, mit zärtlichem Bemühn,
Da wird dem Reuigen die Schuld vergessen
Und jede Kränkung liebevoll verziehn.

7.

Und sieh', vom Lager wanken freudetrunken
Die jungen Weiber, wenn der Morgen lacht,
Nun sie, der Liebe willig hingegeben,
Getändelt haben in der langen Nacht.

8.

Mit schönem Mieder hüllen sie den Busen,
Die Hüften in ein buntes Seidenkleid,
Und flechten Blumen in des Haares Locken
Zum Gruße für die kühle Jahreszeit.

9.

Der Jüngling badet sich, der Kälte trotzend,
Die liebeswunde, jugendliche Brust,
Denn von der Freundin hochgewölbtem Busen
Verräth die Schminke seiner Minne Lust.

10.

Da trinken süßen Most mit ihren Buhlen
In stiller Nacht die Schönen wohlgemuth;
Sie würzen ihn mit ihrem Lotusodem
Und sinnverwirrend weckt er neue Glut.

11.

Hier beuget die junge Schöne zuletzt den spröden Sinn
Und sinket in die Arme des feurigen Gatten hin;
Doch wenn der Morgen schimmert, entschlüpft sie dem Gemach
Und zieht mit schwellenden Brüsten behend die Kleider nach.

12.

Mit Schamerröthen die Eine den schlanken Leib befreit
Und streifet von Brust und Hüften das leichte Morgenkleid;
Sie schüttelt Ambradüfte aus ihrem schönen Haar,
Von dessen Lockenfülle der Kranz entfallen war.

13.

Mit dunkelgoldnen Lippen wie Lotus anzuschaun,
Mit röthlichen Augenspalten und langgezog'nen Brau'n,
Mit schulterwallenden Locken und Wangen wie Mondesstrahl
Versammeln sie wie Götter sich früh im Frauensaal.

14.

Hier schwanken die zarten Frauen im Morgenkleid einher
Und werden sanft gebogen von Hüft' und Busen schwer;
Drum nehmen sie behende den Tagesschmuck zur Hand
Und tauschen die Freudenhülle mit zierlichem Gewand.

15.

Sie finden den vollen Busen von Nägelspuren wund
Und fühlen, wie vom Küssen verletzt der schöne Mund;
Da röthen sie die Lippen mit eifrigem Bemühn
Und lassen bei Sonnenaufgang die Knospen neu erblühn.

16.

So mögen die Wintertage für euch zum Heile sein,
Wo Zuckerrohr und Saaten zur Süßigkeit gedeihn;
Wo sich in frohen Tagen der Liebesgott erwärmt
Und nur bei Trennungschmerzen der Gattin Herz sich härmt.

VI. Der Frühling.

Die Herzen froher Menschen zu verwunden
Geliebte, nahet sich der Frühlingsheld,
Der Bienen sich zur Bogensehne füget
Und Mangoblüthen statt der Pfeile hält.

2.

Die Jungfrau liebt, der Zephyr weht mit Düften,
Die Bäume blühn, der Lotus schmückt die See'n,
Die Nächte ruhig und die Tage labend:
Wie ist im Frühling Alles doch so schön.

3.

Wo Teiche mit Juwelengürtel prangen
Und gleich dem Monde glänzt die Mädchenschar,
Wo unter Blumen Mangobäume schwanken
Da bietet sich des Lenzes Wonne dar.

4.

Guirlanden um die Brust, mit kühlem Sandel,
Den Odem würzig von des Betels Duft,
Den Leib umgürtet, gehen ohne Bangen
Die Schönen, wo Ananga's Freude ruft.

5.

Vom goldenfarbigseidenen Gewande
Umschlungen, tritt die Lüsterne hervor,
Sie hat des Busens Hügel überzogen
Mit einem zarten krokusgelben Flor.

6.

Am Ohre schwanken Karnikarablumen,
In dunklen Locken der Asoka glüht,
Und auf dem Scheitel duften Jasmindolden,
Wenn freudig sie dem Freund' entgegenzieht.

7.

Mit Salbenschminke haben sich die Frauen
Das goldne Lotusangesicht gelezt,
Und von des Schweißes zarten Freudentropfen
Wird perlenförmig ihre Stirn benezt.

8.

Wie sinnverwirret lösen sie behende
Vom schlanken Leibe sich das Gürtelband
Und schauen sehnend um nach ihrem Gatten,
Der liebetrunken in der Nähe stand.

9.

Doch wo der Gatte von der Heimath ferne,
Da färbt Anangas ihre Wangen blaß;
Vor Sehnsucht zittern ihre zarten Glieder,
Sie weint und seufzet ohne Unterlaß.

10.

Im trunknen Auge weilt der Körperlose
Zu dieser Frist, und an dem blassen Mund;
Er thronet auf dem hochgewölbten Busen,
Auf schlankem Wuchs, auf Hüften voll und rund.

11.

Er läßt sofort der Schönen Leib ermatten,
Der wie betäubt in süßen Schlummer sinkt;
Er macht, daß wie vom Wein die Rede stammelt,
Das Auge zärtlich mit den Brauen winkt.

12.

Die Eine, nach dem Freudentaumel wankend,
Hat Krokussalbe kundig sich gemischt,
Mit Moschus, kühlem Sandel und Priyangu
Die heiße Brust gedüftet und erfrischt.

13.

Die Andre, von des Kama Pfeil verwundet,
Hat schnell gelöst das engende Gewand;
Durchduftet sich mit Aloe die Glieder
Und färbt mit Lakkaröthe Fuß und Hand.

14.

Es küsset nun, vom Mangosafte trunken,
Der Kokilas der Auserwählten Mund,
Und auf dem Lotus macht die Biene summend
Dem Liebsten ihre Schmeicheleien kund.

15.

An kupferfarbnen Sprossen ist mit Dolden
Von Blüthen schwer der Mango angethan,
Und sacht, vom Winde hin und hergeschaukelt,
Der Jungfrau Herz zu Liebesfreuden an.

14.

Und wo mit dunkelen Korallenzweigen
Die Blumenfülle des Asoka nickt,
Da wird das jugendliche Herz der Schönen
Von Kummer voll, sobald sie ihn erblickt,

17.

Es füllt mit Wonne sich des liebenden Jünglings Busen,
Wenn Atimukta ihre duftigen Kelche öffnet;
Wenn trunkne Bienen ihre glänzenden Blüthen küssen
Und zart die Ranken von des Zephyres Hauche schaukeln.

18.

Und wer, Geliebte, von der Theuersten wird gemieden,
Dem muß die Liebe wie mit Pfeilen das Herz verwunden,
Wenn schnell entsprossen des Kuruvaka schöne Aehren
Mit Blüthenschimmer über liebliche Lippen siegen.

19.

Die Wälder wogen mit des Kinsuka Blumenröthe
Und Parijatas wie von glühender Feuerflamme;
Es glänzt und flimmert überall wo der Lenz erscheinet,
Gleich einer Jungfrau nun im Purpurgewand die Erde.

20.

Warum verwunden, wie mit Schnäbeln der Papageien,
Uns der Palasa und die Blüthe der Karnikaren,
Wenn Nachtigalen unter süßem Gekose vollends,
Schönmünd'ges Mädchen, noch der Jünglinge Herzen rauben?

21.

Denn wo sie freudig und mit lautem Gesange jubeln,
Da werden plötzlich auch des Jünglinges Worte trunken;
Den holden Bräuten wird das schüchterne Herz beweget,
Daß im Gemache sie verschämet darob erröthen.

22.

Der Hauch des Lenzes hat den Nebel hinweggenommen,
Er schüttelt leise mit den blumigen Mangozweigen,
Läßt weit ertönen nun den fröhlichen Ruf des Kukuks
Und stiehlt sich säuselnd in die liebende Brust der Menschen.

23.

Entzückend glänzen in den Gärten Jasmingebüsche
Mit weißen Blüthen, wie der tändelnden Jungfrau Lächeln;
Sie fesseln selber wohl das fromme Gemüth des Weisen,
Und wie viel mehr noch wessen Seele die Lieb' erfüllet!

24.

Denn welcher Jüngling, wenn die Frauen, nach Liebe sehnend
Die Brust bekränzen und mit goldenem Gürtel prangen,
Wenn Bienen summen und die Nachtigall lieblich flötet,
Vermag im Lenze diesem Zauber zu widerstehen?

25.

Die Berge schimmern von unzähligen Blüthenbäumen
Und ihre Gipfel sind geschmücket mit Kukukscharen;
Die Felsen schauet wie besponnen mit Bienennetzen
Wohin sich wendet überall nur das trunkne Auge.

26.

Doch wer anjetzo von der liebenden Gattin ferne
Betrübten Herzens auf den blühenden Mango schauet,
Der schlägt mit Seufzen und mit Klagen das Auge nieder
Und ruft verzweifelnd ihren Namen mit lauter Stimme.

27.

Wenn trunkne Bienen summen und Mangobäume blühn,
Wenn Kokilasang ertönet und Karnikaren glühn:
Das sind die scharfen Pfeile womit der Jungfrauen Brust
Die blumenbogige Gottheit entflammt zur Liebeslust.

28.

Der Zephyr schaukelt leise die Bäume mit Blättern schwer
Und schüttelt den Blumenregen wie goldnen Glanz umher;
Voll Sehnsucht bleibt der Pilger ermüdet am Wege stehn
Mit abgewandten Blicken und will vor Schmerz vergehn.

29.

Den Schönen gehet der Frühling an Lieblichkeit zuvor:
Er führt statt muntrer Reden ein fröhliches Sängerchor
Die hellen Jasminblüthen statt weißer Zähne Glanz
Und statt der Fingersprossen den röthlichen Knospenkranz.

30.

Honig trieft dem Blumenlenze von Asoka's Blüthenmund,
Der berauschten Biene Summen machet seine Rede kund;
Sein Gesicht der volle Lotus, seine Zähne von Jasmin
Und sein Odem Mangodüfte wenn die lauen Weste ziehn.
Aloe, sein Liebesopfer, bringt er Madanas zum Heil:
Und so werden dann auf immer Lenzeswonnen euch zu Theil!

Annotationes criticae.

I. Aestas.

Tempus aestivum (grîshma, nidâghakâla) menses complectitur Jyeshta et Ashâda, alias Suchi et Sukra nuncupatas, hoc est, ex nostra calendarii ratione dies inde a medio Mayi usque ad medium Julii. Incipit haec periodus et fere consumitur aestu vehementissimo ac per frequentes tempestates minime temperato, quae ventorum turbinibus, densissimas pulveris columnas excitantibus, oriuntur et fortissimo tonitruum strepitu conjunctae in imbres desinunt omnia secum rapientes, donec paulatim per ventos ab Austro spirantes tempus nubilosum ac pluviosum magis temperatum oboritur. Ceterum haec ventorum, Arabico nomine Mussones appellatorum, ratio in peninsula australi magis constans est, quo fit ut sex anni tempestates, quae in India superiori atque in Bengalicis provinciis distincte sejunguntur, illic ad tempus calidum et pluviarum fere reduci possint.

1. Editio Calcuttensis Krishnum, Cod. Parisiensis vero Ganesum invocando carmen auspicatur, scil. नमो विघ्नेश्वराय ॥ c. Calc. in fine मन्मथे. — Versus 1—21 metro compositi sunt Indravajra et Upendra vajra quae ut omnia metra lyrica, a Lassenio aliisque saepius indicata jam vel tironibus nota esse debent.

2. b Par. जलयत्र. — Praeter balnea, quibus caloris tempore teruntur sive vulnerantur quasi flumina ut vs. 1 dictum est, et refrigerantem Santali pulverem, quo corpus inungunt Indi ad cutis inflammationem avertendam (v. Ld. Valentia travels vers. germ. I. p. 177.), in aedibus utuntur machinis hydraulicis et siphonibus ad aquas spargendas. Talis h. l. est जलयंत्र quod de rota aquaria et dein translate de siderum circulo et zodiaco apud Bhaskarum et Arabicos quoque astronomos usurpatur; जलयंत्रमन्दिर vero sive गृह domum aestivam, interdum subterraneam et fluvio proximam designat (vid. ad Bhartr. I. 38.)

3. b Calc. विकल्पितं cf. similem in hac voce discrepantiam II, 17. V, 10. VI, 32. Cod. A. versiculum omisit. — Vini potui vel ipsas mulieres indulgere, observatum est ad Chaurap. vs. 9.

4. दुकूल vulgo de veste bombycina intelligitur, est tamen proprie vestis e corticibus plantarum tenerrimis, qualis jam Herodoto innotuit (vid. India II p. 170.) praesertim ex lino confecta (Muslin): vestis bombycina vocatur Kârpâsa, serica Kausheya, et lana contexta râṅgava. Hoc discrimen indicat Lexicon Amaramâlâ in Schol. Bhattikavyi III, 34 et X, 1:

कार्पासं वादरं प्रोक्तं दुकूलाद्यंच वाल्कलं ।
कौषेयं कृमिजंचापि रांगवं मृगरोमजं ॥

5. a A in fin. रंजितैर् — b Calc. सनूपुरैः c Calc. अनुकारिभिः cum Visargo. — Comparatur compedum sonus ac tinnitus cum Phoenicopteri strepitu, unde et mulier incedens Hansanâdinî vocatur (v. ad Bhartr. I, 8). Pedum ac digitorum ungues rubro (lakshâ) tingi, satis notum est. exinde auctor Dhûrtasamâgami dentium seriem, Betele rubicundam, et ungues puellae rosario adsimilat precatorio (ut Lassenius vocabulum paullo obscu-

rius तताक्षतय acute explicat in Anthol. p. 83): constabat enim tale, quod equidem vidi, rosarium, ex granis subfusci coloris, illis quos nos dicimus Hagebutten plane similibus.

6. a Par. in fin. शीतलास् — b. B तुषारहारार्पितगौर A in fin. शेषरा: Calc. शिखरा: — Vocabula समुत्सुक et उत्सुक, quibus frequenter utitur poeta in versuum clausulis, in genere curam designant et ardorem, quibus quis rei deditus est eamque persequitur, unde de re ipsa pergrata usurpantur (II, 14); cum verbo कृ conjuncta conveniunt cum locutionibus aliis: चित्तं क्रियते समन्मथं, तुदन्ति चेत:, हरन्ति मानसं etc., quae in admirationem rapere, in amorem incendere significant, ita tamen ut inter voluptatem perceptam mens simul affligatur amoris doloribus ac sollicitudine.

7. a. A चिताधसंचयो — c. Calc. सुनेषु Par. तन्वांशुक — d. A निवेशयन्ति. —

8. a. Par. अंबूव्य A सचन्द्रनेन्दुव्य. — b. A मन्दल B. Par. मण्डलार्पणै: — c. A काकलगीतनिश्चनै: — d. Cal. प्रबोध्यते —

9. a. Calc. शितेषु — b. Calc. सुखानि — c. Calc. निर्यंत्रितं — Tritissimam comparationem, qua mulierum facies lunae adsimilatur, invertit poeta, dicens lunam ipsam ob majorem puellarum pulchritudinem zelotypia laborare.

10. a. A वातोद्धर Calc. वातोद्धत Par. वातोद्धित cf. similem in talibus participiis confusionem vs. 15. 20. 24. II, 1. 6. 8. 16. 23. V, 1. 9. — Viatores saepe inducuntur a poetis lyricis versus pluviarum tempus domum redeuntes et, amatae uxoris memores, per fulgura, nubes, flores et id genus alia mente contristatos.

11. c. B प्रधापित — Elephas furiosus h. l. ut saepe ad nubium conglomeratarum formam in horizonto conspicuam transfertur (cf. II, 2. III, 5. seq.); nubibus istis decepti vel ipsi hinnulei ad sitim exstinguendam in sylvae confines properant, ut alias aquarum illam apparitionem in desertis, exinde मृगतृष्णा appellatam, insectari dicuntur (vid. ad Bhartr. II, 5.)

12. a. A जिह्मीक्षितैर् — b. B. विलासवत्या — Interrumpit versiculus incoeptam magni caloris descriptionem, eum tamen contra codicum auctoritatem e sede sua movere noluimus. In Cod. A. disticha hunc in modum sunt disposita; 12. 14. 15. 16. 18. 13. 19. 20.

13. a. A अभितापिता — c. A. Par. अवाक्फणो — Hanc ultimam lectionem facile praetulerim, intelligitur enim coluber Cobra di Capello, erecta s. expansa crista ad hostilem ipsi pavonem confugiens: cf. vs. 19.

14. b. B. Par. दूरविद् Par. in fin अनना: — c. A अदूरो ऽ पि — d. A केसर: Par. केशव: — Vocabulum भूरि ad Bhartr. II, 62, ubi in simili structura eadem lectionis varietas, paucis tetigimus et obsoleti भूर् localem casum suspicati sumus (cf. भूर् भुवि स्थाने Ekâksharanighanthu Ms. E. I. H. No. 2023.)

15. a. B कण्ठोत्थित Calc. कण्ठोद्गत Par. कण्डोद्गत — b. B ऽपि तापिता: — c. B बला मुक्तर् — d. A केसरिणो — Lectionem Cod. A a आरूत praetulimus propter scholion in margine codicis adscriptum: विशुष्क: कण्ठो येषामत एवार्द्रतं आकृष्टं शीकराम्बो यै: ॥

16. b. B चेतना:

17. a. Calc. सुभद्र B. मुस्तापरि — b. Calc. खणन्नाय B. पोतम — c. Par. रविना — d. Par. यूतो — Vocabula भद्र et मुस्त seorsim, et apud Amarum et Wilsonem in unam quoque voculam conflata, gramen odo-

ratum, Cyperum rotundum s. pertenuem significant; in lectione Ed. Calc. prius vocabulum Adjectivi locum obtinet, scil. faustum.

18. c. B भेकन्तृ —

19. b. Calc, जिह्वाद्वय Par. पीतमारुतः — c. Calc. हुताग्नि — d. Par. मण्डुक — B. om. a. b. et post vs. 20 membra c. d. scribit; Cod. Par. vss. 19 et 20 transponit. — Serpentes vento pasci dicuntur (vid. ad Bhartr. III, 98); per gemmam frontalem crista intelligitur expansa.

20. a. B समुद्गतो A. in f. ज्ञालकां — b. A. विपन्नमीनाद्भुत Par. विन्नमीन — c. B. ऊपीडित — d. A. क्षतं सरः Par. साद्रवि — E mutilatis in Cod. Paris. lectionibus Lassenius scite restituit विखिन्न et सार्द्र quae vocabula verborum contextui apprime conveniunt, neque tamen per membranas confirmantur; vox सान्द्र praeterea in hoc carmine frequens est: I, 20. V, 3. VI, 15 in A.

21. a. A. Par. सफेन B. लालाकुल Par. रक्तसपिंठं — d. A. अवेद्यमाणं Calc. गवेषमानं B. मक्षिकाकुलं Par. in fin. ज्ञनं — Tuentur Codd. formam गवेषमाण, quam in गवेषयाण mutandam esse suspicatur Lassenius (in Gloss.) Lectionem A. omnino falsam esse vix est quod moneo, non enim vident aquam bubuli, sed quaerunt.

